



Ambrosii Pelargi Opuscula nunc primum excusa. : Quorum elenchum uersa pagella reperies.

<https://hdl.handle.net/1874/431273>


SO AMBRO^z
 SII PELARGI OPV
 scula nunc primūm
 excusa. Quorum
 elenchumuersa
 pagella repe
 ries.
 Legisse iuuerit.



Excudebat Ioānes Gymnicus,
 ANNO, M. D. XXXIII.
 Mense Augusto.

ADA

HEVA



ADVERSVS ANABAPTISTA-
rum errores aliquot liber unus quo si-
mul traducuntur istiusmodi erro-
rum autores & patroni.

In Eleutherobaptistas. Recēs est error.

Refutatio consilij Oecolampadiani de
differendo parvorum baptismo usq;
in eam etatem, qua iam lallare incipiāt.

Aduersus Iconomachos siue in eos qui
bellum mouent diuorum Imaginibus.

An fas sit in Anabaptistas adeoq; in hæ
reticos poena capitis animaduertere.

Conflictatiuncula Hieroprepij & Misso
liturgi de ratione sacrificij Missæ.

AMBROSIUS PELARGVS

Pio Lectori.

QVVM haud ita pridem destinatum mihi esset
in Anabaptistas stringere calamum, forte for-
tuna in eorum lucubratiūculas incidi, qui hoc
idem ante nos fecerant. Hi mihi primo quidem obtu-
tu & à linea (quod dicitur) incipiēti, in unam uisi sunt
coire sententiā, eadē scribere, & quasi cōpacto in eandē
causam omnes incumbere. **Q**uis enim aliud iudicaret
de libris quibus idem est Titulus, eadem inscriptio? Ve-
rum ubi altius ingressus, cōpissimē singula uigilantius
enoluēre, ac dicta dictis conferre, perspectum tandem
habui illos longe diuersissima scribere, ac ne de eo qui-
dem quod totius negotiū caput est, satis inter ipsos con-
uenire. Proinde aut cæcum esse oportet in aestimandis
aliorum operibus, aut nō satis candidum, qui rogatus
iudicium, de omnium scriptis ex æquo pronuntiet, siue
eadem censura omnia dānet, siue omnia sine discrimi-
ne cōprobet. Primū qui sibi sumit, necesse est damnet
quod probandum sit: alterum qui facit, oportet impro-
banda laudet. **Q**uod cum utrumq; optimo iure sit de-
testabile: & neutrum sine orthodoxorum luculēta in-
iuria fieri possit, temperandum censeo iudiciū, seu par-
tiendum uerius, neque hoc neue illud incurritur incom-
modum. Itaq; sunt ex orthodoxorū classe uiri aliquot,
recondita rei cum philosophicæ, tum uero theologice,
quidam & linguarum peritia prædicti, quorū in Anaba-
ptistas opera, non solum probari debeat, uerum etiam
suspici mereatur, ut quos in diluendis confirmandisq;
argumentis inuentionis acumen, iudicium emunctum,
tum præsens memoria, perpetuoq; sibi constans ueri-
tatis oratio cōmendet. Sunt ē diuerso Lutherus, Me-
lanchthon, Oecolāpadius & alij quidā eius notę hære-

AMBRO. PEL ARG.

tici, quos nō perinde refert memorare, in quibus multa desyderes, siue ingenium, siue spectes iudicium, tum candorem, sed cum primis constantia: quam adeo non præstant, ut magis q̄ hydra uarij (quod dicitur) uideri queant. Nam quod uno loco aiunt, alio negat. Scilicet parum est istis dissentire ab alijs, nisi à seipsis aliquoties dissideant. Adde quod heresisibus penē innumeris, eisq; omnium pestilentissimis, istorū libri scarent. Atq; utinā ijsdem erroribus non essent obnoxij, quibus Anabaptistarum teneat colluuius. Sit hoc humanæ delirationis. Illud impudentissimæ uanitatis & malignitatis est, q; cum ipsi (ut libere proloquar) τὸν τῶν αἰρέσεων ἀνθετήσων autores sint, uel certe patroni, tamen orthodoxos quosq; in tumultuaria istam ac lōge periculosissimam factionem protrudere conant, usquedum illos (si deo placet) Anabaptistarū Corypheos faciant. Quam sycophantiam haud scio an quis ex quo aīo latus sit. Quid me porro futurum est, posteaq; depulsa hac tam atroci calumnia manifestis ac ipso etiā meridiano sole clarioribus argumentis docui (qd ipsum tamen non omnino obscurum est) eos ipsos esse, qui Anabaptistarū errori locum fecerint. Quanq; nihil est ut quenq; male habere debeat, si nos afferendū ueritatis studio, tuendeq; innocentiae aīo, in istorum cervices contorsimus, qd ipsi orthodoxis falso, aīoq; inferendū cōtumeliae impingunt. Et tamē hic mihi uereor, ut perfidioris sectę symmystę aliqui obstrepant. Os impudēs, non es cōtentus alienorum scriptorum tibi arrogasse censurā, nisi & illos calumniare hereseos, q; nec in postremis docti sunt, nec orthodoxorū partes infeliciter prorsus adiuuant? Script Melachthon in Anaba. errores disputationē & neruosam & insignit piam. Idem fecit Lutherus, atq; item Oecolam.

PIO LECTORI

Oecolampadius. Et qua tu igitur arte illorum causam cum turbulentio Anaba. negocio commiscebis? Atqui alienorū operum censuras neq; mihi sumo, neq; arrogo: sed per occasionē indicō & quid ipse de quorundā scriptis in Anabaptistas aeditis sentiā, & quid optimus quisq; de his sentire debeat, quorū item scripta fugiēda, quorū prosequenda sint. Eam libertatē quae nemini nō cōcessa est scribentī, cur in me nō ferant, qui sibi nihil nō permittrunt etiā in libris diuinis? Neq; istorū scripta calumnior, nisi hoc sit calumniari, uanissimas calūnas in autorū capita retorquere. Iam quae sit istorum apud suę duntaxat cōmunionis hoięs existimatio, quantum apud illos autoritate ualeant, nō moror. Sint exquisite docti, sint Rabini (si libet) trilingues, sint aliorū iudicio magni, ut suo sunt maximi, nō me mouet. Certè si tales sunt eruditione quales se nobis hac tenuis expresse- runt in tabulis: si tales sunt uita, quales se nobis hac tenuis probauerūt conuersatione, indignos eos existimē, qui uel in eruditiorū uel sanctorum ordinē admittātur. Superest excutere q̄ fideliter orthodoxorū partes adiu uerint, quanq; hoc abunde in libello fecimus. Equidem ipse decieraturus erā, neminē ex istis existere, qui aliud à suscepso argumēto scriberet. Nā hoc arguebant tituli, quib; inspectis, gaudebā esse & ex Lutheranis aliquos, qui orthodoxis adiūcti, in eandē causam descēderent: non q̄ istorum operā putarē necessariā, sed q̄ hinc speci aliquid cōcepi, ut in alijs quoq; illis inter se conuentur esset. Et plurimū certe referebat, ut qui refellēdis Anabaptista erroribus sumpſiſſent operā, codem aīo ea dem scriberēt, essetq; oīm una in oīnībus sententia. Verum qd aliquando utrumq; sperare licuit, optandū est potius, posteaq; uidemus istos diuersam causam ab orthodoxyis.

AMBRO. PELARG.

thodoxis agere. Hoccine est iuuare socios, hostibus si quis ferat suppetias? An sequit in hostes, qui aut ex transuerso socios adoritur, aut arma ministrat hostibus, aut talia sibi sumit, quae hostē non conficiant? Dicas eū aut furere, aut colludere uerius q̄ pugnare cū aduersarijs. Et isti quid obsecro scriptis suis aliud, q̄ aut arma in orthodoxos uertunt, aut hostes iuuant, aut talia profertur facula, quae quiduis potius faciūt, q̄ ut Anabaptistarum errores refellant? Iam quid est quod minus negari poslit, q̄ istos stili mucronem strinxisse in Anabaptistas? Sed si hæreticus non est, quisquis in hæreticos semel & iterū stilum exacuit, quin hoc noīe permultos quos ecclesia damnauit hereseos, in diuorū Catalogū referimus? Si sic res habet, bene sit Murnheri Calendario, quandoquidē ad hunc modū prope est quod uideo, ut hæ nugæ seria ducant. Satis hoc ad iocū, extra quē accipe, Tertullianū multa erudite scripsisse in hæreticos, ut si quis alius, quē tamē probatē sanctitatis uiri, & quorū memoria apud nos sacrosancta est, indignū existimant cuius nomen in albo sit. Itaq̄ non negauerim istos strinxisse calamū in Anaba. & strinxisse atrociter, & si maxime negarē, prostant iam pridē excusi libelli. In his tam debacchāter in miseros Anabaptistas subinde iquehunt, ut per omnia sacra deierares nihil rei ipsiis esse cū bis tinctis istis. Quod utinā nihil uel in his, uel in alijs ipsoꝝ libris repertas, quod cum improbat is Anabaptistarum dogmatibus, in quae toties anathema pronunciant, cōsentiat. Nunc cū non pauca in horū libris obuia sint, quae ab Anabaptistarū decretis nō tam sunt aliena, indigni sunt pessimae fidei hoīes quibus creditur, etiā si iuramento interposito negēt se istiusmodi erroribus pr̄ebuisse ansam. Extat libellus disputatorius.

Melanch.

PIO LECTORI

Melanchthonis in Anabaptistas, elegans quidem ille,
quod ad dicendi characterem attinet: sed cui plus ue-
neni inspersum fit , q̄ Anabaptistarū dogma quālibet
pestilēs secum trahat. Nam præter quod insunt quēdā,
quæ Anabaptistarū causæ patrocinēt, papaꝝ quot no-
bis facit sacramenta ecclesiæ, Adſtictionē, Orationem,
Crucem, Verbū dei, Officia charitatis, quæ omnia lepi-
dum hoc caput & recte & utiliter sacramenta uocari
posse contendit, etiā si subiçcit, pari scilicet impudentia,
duo tantū esse sacramenta cōmuni consuetudine, Ba-
ptismū & cœnam dñi. Eiusdem ueritatis est, qđ scri-
bit sacramenti rationē conſtare uerbo promiſſionis &
elemēto: quod ſive ex Auguſtino, ſive ex Aþoſtoli uer-
bi citet, non conſiſtit, maxime qđ additam promiſſioꝝ
uoculam in illorū teſtimonijs non inuenias. Paulus ſim-
pliciter teſtatur Christū mundasse ecclesiā in lauacro
aque ac uerbo uitæ. Et olim uſurpata uox Auguſtino-
ſic ſe habet: Accedit uerbum ad elementū, & fit ſacra-
mentum. Iſtiuſmodi eſt & illud, quod detracito ſimiſi-
tudinis aduerbio, ex eodē citat ſacramenta eſſe uisibilia
uerba, cum Auguſtinus dicat eſſe quaſi quēdā uisibilia
uerba. Iſtāne argumenta ſunt candidi animi, bonis re-
ceptiſq̄ autoribus addere & detrahere, ea præſertim,
quæ ſententiā illorum ſimul & ueritatē ipſam inuer-
tant. Iam falſa ſunt & illa, Ioannē eſſe autorem ſui ba-
ptiſmi, Eundem eſſe baptiſmū Ioannis & Christi, Oēs
nos baptizari Ioannis baptiſmate, Baptiſmū & eſſe &
omniū rectiſſime dici ſacramentū pœnitētiae, & unum
potius eſſe qđ duo ſacramenta, ſacramenta nouae legis
ꝝ pœnitētiae ſolum eſſe iuſtitię quā minime efficiat. Hisce
uerbiſ quid aliud, qđ uim ſimul & numerū ſacramentis
detrahit. Accedit his qđ & in libro Hypot. adſerit Ba-
ptiſmū

AMBRO. PELARG.

ptissimum esse signum iudicij dei, quo terreamur magnitudine irae eius: quod cum non minus quam cetera ridiculum sit, nobis tam uelut oraculum quoddam obtrudit. Sunt quidem & alia eius generis per multa, quae in istius libris sparsim inuenias. Verum omnia colligere in artículos, per longum fuerit: singula etiam refellere, infiniti laboris. Hæc obiter in trascursu notata sunt, ex quibus cetera aestimare possis. Iam uero & Oecolapadius libello edito bellum mouet Anabaptistis, haud scio an ullius maiore malo quam suo. Quanto igit præstiterat ista scribendi prouinciam alijs cedere? Quin & Lutheru res cum illis incidit, quis negat? Verum ipsius disputatio, si non illorum causæ profuit, nihil certe offecit. Imò dum contra mendaces, mendacijs, non ueritate ipsa agere instituit, nihil aliud profecit, quam quod solent qui oleum ad dunt camino. Maioris enim pertinaciæ materiam Anabaptistis addidit, & semet ad istum modum non optimis quibusquam uerum etiam Anabaptistis ipsis, omnium conditorum iudicio pessimis, ridendum propinavit. Nisi uero perridiculus non sit, qui & arma aduerterijs ministret, & Andabatarum more pugnans, seipsum uerius quam hostes ferit. Prodeant nunc impiarum lectorum symmystæ, iacent strenuos illos orthodoxæ fidei propagatores, scilicet. Bona fide loca quædam ex ipsissimis istorum libris produxisse me arbitror: quibus perspicue uidere ac cernere etiam possis, quid pro se quisque scriptis suis efficerint. Bene uale lector amice, & hanc qualemcumque operam nostram æqui bonisque consule. Ex Friburgo Brisgoie. An. instauratæ salutis. 1530. ipsis serijs diuino Thomæ sacris.

AMBRO-

SIVS PELARGVS IN ANA
baptistarum errores aliquot.



NABAPTISTARUM errores,
quos mihi quidem refellen-
dos suscepi, neq; tam sunt lu-
culēti ac perspicui omnibus,
quin multos cū ueri, tum ho-
nesti specie fallant: quando-
quidē nec ratione, nec scripturis diuinis care-
re uidentur peruicacium istiusmodi dogmatū
autores: neque rursus tam obscuri, ut eos non
penitus cernāt perspicaci ingenio prēdicti, mo-
do aspexerint. Visum est itaq; sana solidaq; do-
ctrina præmunire simpliciū animos aduersus
impia istorū dogmata: quę quo occultius, hoc
latius, ac præterea periculosius serpunt, ut nūc
ea uidemus totam fere peruaſſe Germaniā.
Porro hęc mihi partitio perpetuo obſeruabi-
tur. Primo proferam, quę nostra confirment.
Mox ea diluā, quae per diametrum obiecta ui-
dentur. Dein eorū propulsabo calumnias, qui
orthodoxos Anabaptistici erroris insimulāt.
Postremo loco in sycophantas istos uere re-

A torque-

torquere conabor, qđ falso nobis ipsi impingunt. Omnia autē primo, de baptismo agemus, sed quām paucissimis, ne quid negotiosi⁹ hac de re, quām commodius disputetur. Proinde ea duntaxat adferre uisum est, quæ ad præsentem causam proprius faciūt. Cuius quidem initio statuimus paruolorum baptismum, quē Anabaptistæ tantopere exagitāt, uerū esse & salutarem. Atq; id primum exemplo circuncisionis tuebimur.

Quod enim ueteribus erat circuncisio, hoc nobis est baptismus, qui in circumcisionis locum subrogatus est. Nā & Apostolus autor est, circumcisionem illam carnalis pelliculæ, typum quendam fuisse baptismatis, cum in hęc uerba scribit ciuibus Colossæ: Circuncisi estis circumcisione nō manufacta, in expoliatione corporis carnis, sed circumcisione Iesu Christi, consupliti ei in baptismo. Cum ergo extra controuersum sit, etiā infantes fuisse circuncisos apud ueteres, quæ malum est ista temeritas, infantulis negare baptismū? Et, recte apud nos & utiliter posse conferri? Veterum infantuli circumcisione purgati sunt, & nos negabim⁹, sacro fonte tintos mundari? An non est dignior baptisimi, qđ circumcisionis conditio? Et tamē si id baptismo

ptismo detrahitur, quod in circuncisiōe nemo
 factū dubitat, consequens fit ut circuncisio ion
 go post se interuallo baptismum relinquat. Re
 spondeant fortassis hanc rationē probabilem
 esse & sua foriam, non & ποδείκημα, dein circūci
 siōis exemplū inepte transferri ad baptismū.
 Primū, q̄ nō sit necesse, ut typus per oīa respō
 deat. Deinde, q̄ figuris nihil probetur. Postre
 mo quod paruulorum circūcisio præcepta sit:
 Baptismus expressum præceptum nō habeat.
 Verum qui consistit, ut argumentum sit proba
 bile, & tamen inepte adhibitum sit circuncisio
 nis exemplum, à quo argumentum ducitur,
 quodq; rationem efficit probabilem: Ne suspi
 cionem quidem ingerit, quod probando insti
 tuto minus apposite adhibueris. Nūc circunci
 sionis exemplum si non cōuincit, certe persua
 det baptizandos esse paruos, quēadmodum
 & illud, quod Paulus i. Cor. 10. scribit, Patres
 olim transisse per mare, omnesq; in mari fu
 isse baptizatos, hoc ipso manifeste nobis bapti
 smi sacramentū adumbrans. Quis autem ad
 dubitet, permultos ex his quos patres uocat
 Apostolus, tum fuisse infantulos, posteaquam
 ex ipsa etiam historia θέοδου liquet, ueteres
 illos, non sine librorum infantium comitatu

ex Aegypto profectos? Quod si hoc quoq; exē
plum istis putet, haud est quod nos moueat.
Primū hisce exemplis non ἀποδείγματα, hoc est,
certas demonstrationes, sed persuasorias pro
bationes pollicemur. Deinde nostris hæc scri
bimus, quibus allusione figurarum gratior est
ueritas. Quod si non licet à similitudinibus &
figuris argumenta ducere cōiecturalia saltem
& probabilia, cur hoc ausi sunt primariæ auto
ritatis uiri? Ut etiam demus figuras non con
gruere per omnia, tamen ne in nullo quadrāt?
Si respondeant, ad id tantū quadrare, cui pro
bando adhibentur in scripturis diuinis, rogo
& hoc mihi dicant: Vnde noui testamenti scri
ptoribus, qui umbras rebus ipfis subinde ada
ptant, constiterit, quæ figuræ quibus rebus cō
gruerent? Spiritus afflatus, inquiet: Accipio.
Sed eodē spiritu afflata est ecclesia, quæ & ipsa
testimonij sui autoritate scripturas, quas etiā
num sacrosanctas habemus, firmavit atque in
catalogum diuinorum uoluminū retulit, quæ
nihil alioqui pōderis habituræ erant præ illis,
quas Græci uocant apocryphas. Quin igitur
liceret ecclesiæ, quod priuato cuiq; concessum
est? Si querant, ubi paruolorum baptismum
hisce exēplis probet ecclesia? Vicissim ex illis
rogo

IN ANABA. ERRORES. 5

rogo, ubi paruolorum baptismū hisce figuris
astruetibus reclamet. Est uero incommodum
aliud, quod ex hoc argumentandi genere nasci
cuiquam forte uideatur. Nam si quid his exem-
plis efficitur, pari argumēto confici uidebitur,
infantes admittendos ad mensam dominicā.
Quandoquidem & huius typum in subiectis
Paulus exprimit: Omnes, inquiens, eandē escam
spiritualem manduauerunt, & eundē potum
spiritualem omnes biberūt. Non est autē ambi-
guum, & paruulos uictitasse māna, & aqua iti-
dem e petra excussa potos. Hic quid aliud re-
spondere possum, q̄ non eandem esse causam
baptismi & eucharistiae? quam ne administre-
mus paruulis, cum scriptura, tum uero ecclesie
autoritas prohibet: Probet, Apostol⁹ inquit,
homo seipsum, & sic de pane &c. Iam si operę
preciū uidebitur, ipsa quoque seruatoris uerba
adduxero, quæ sunt in Matthæo: Sinite paruu-
los uenire ad me, nec prohibeatis eos. Talium
est enim regnum cœlorum. Hic obiter admo-
neo, quod tamē ipsum nulli fere obscurum est,
ea seruatoris ȳba de sanctificatis fidelium paruu-
lis intelligi. Talium enim esse regnum cœloꝝ
saluator ipse pronūciat. Ad quod consequitur,
& paruulis opus esse sanctificante gratia, qua-

seruentur. Quod si mihi dant Anabaptistæ ue-
rum esse, quorsum illis sanctificationis instru-
mentū negant? Dicent illos sanctificari p̄ gra-
tiā Christi. Accipio. Sed unde illis gratia Chri-
sti, qui Christo nō sunt insiti? An oleastrū quis
dicet pinguedinis oliuę participē, cui nō sit insi-
tus? Nō opinor: Hoc ipso, dicēt, q̄ inserunt cor-
pori Christi, effluit & in ipsos unguētū gratię,
à Christo capite, quemadmodum in alia illius
mēbra. Audio. Quo uero inseruntur Christo
paruuli, si non per regenerationis lauacrum?
Legat, qui uolet, sextum Epistolæ ad Roma-
nos caput, & facile aduertet eam infisionē per
baptismum fieri. Porro si regnum cœlorū ad
paruulos etiam pertinet, quæ malū est ista cru-
delitas, arcere illos ab ingressu, præcludere adi-
tum, claudere ianuam, ipsam deniq; clauē tol-
lere, quæ ianuam aperiat? Certe hoc facit ba-
ptismus, quatenus scilicet obicem submouet, q̄
contendentibus ingredi, impedimēto esse pos-
sit, nimirum peccatum, cui cum & paruuli sunt
obnoxij, opus est & ipsis baptisme. Aut er-
go negent Anabaptistæ regnum cœlorum ad
paruulos pertinere, aut fateantur illos regene-
rationis lauacro sanctificari, quo regno cœlo-
rum digni habeantur.

Quin

Quin & hoc ad rem facit, quod i. Corint. scribit Apostolus. Quod ut intelligas, ei⁹ loci sum mam, si non elegantius & politius, certe diluci dius explicabo. Erant qui putarent dirimendum esse matrimonium, altero coniugum ad fidem conuerso. Paulus rogatus sententiā, oñis bus modis dissuasit, ne is qui iam initiat⁹ esset, infidelem adhuc coniugē cum eo habitare uolentem dimitteret, confisus illorū cohabitatiō nem boni quippam pariturā : ut iam multis belle commodeq; cesserat, quorum fideli ope ratum increduli antea coniuges, tū ex ihs prognati filij, sanctificati ac purificati erant, qui, si diremptum fuisse matrimonium, immundi futuri fuerāt. Sanctificatus est, inquit, maritus infidelis, per uxorem fidelem, & filij uestri sancti sunt, qui alioqui immudi essent. Quod si mihi dant in priore huius pronūciati parte, de purificatiō baptismatis locutū esse Apostolum, simul dabunt in altera quoq; eius parte, qua de filiorum sanctificatione loquitur, idem illum uoluisse. Alioq; unde paruulis sanctitas & mūditia, si non suscepto baptismo purificabantur à labe peccati originis? Is enim nobis fere est sanctificationis initium, ab inuulgato euangelio. Quod ipsum quoq; indicat Apostolus, in hac

uerba scribens: Hæc aliquando quidem fuistis,
sed abluti estis, sed sanctificati estis. Atque ad
hunc modum uerba Pauli diuⁿ interpretatur
Augusti. lib. i. quo exponit sermonem Chri-
sti, in monte habitum. Et ipsa uerborū series
interpretationem quæ à plerisq; adducit, ægre
admittit, nimirum hanc, qua dicunt hoc uolu-
isse Paulum: sanctum esse matrimonium, hoc
est, (ut isti exponunt) non imputari ad culpā.
Sanctificari maritum, id est, non peccare, si fi-
deli uxori commisceatur. Sanctos itidem esse
pueros, hoc est, sancto ac puro connubio pro-
genitos. Primum, non hoc interpretant̄ quod
uox significat. Neq; enim, qui nō peccat, illico
sanctus est. Alioqui cur nō etiam ethnicū con-
gredientem cum uxore ethnica, sanctificari di-
cimus, quem constat non peccare, cum hoc fa-
cit cum sua, quod in officiū naturæ institutum
est? Dein, si ideo sanctum dicitur connubium,
q; non imputetur, quin sanctum dicimus ma-
trimonium infidelium? Si etiam sancti dicunt
filij, q; legitimo thoro nati sint, nō incesto coi-
tu, quid uetat, quo minus hæc ratiōe sancti sint
etiam infidelium filij, hoc est, non nothi, non
spurij? Ergo is Paulo sanctus & sanctificatus
dicitur, qui sacramento fidei initiatus est. Pro
inde

inde aduersatiua cōiunctio, alioqui, non ad cō
nubij sanctitatem, sed ad diuortium referenda
est. Nō enim hoc Paulus uoluit, quod isti intel-
ligunt: Nisi sanctum esset connubium, filiue-
stri nothi essent, id est, ex scortis & scortatori-
bus progeniti. Quin hoc potius sensit: Sunt in-
ter uos, qui nisi infideles tolerassent cōiuges, pe-
riculum erat ne hinc offensi secum auferrent li-
beros, atq; ita immundi essent filij, q;s nunc una
cum ipsis coniugibus sanctos ac puros, hoc est
sacro fonte tinctos habent. Huic nostrę inter-
pretationi etiam sequentia Pauli uerba fidē ar-
rogant: Qui, inquit, scis mulier, seruatura sis ui-
rum, nec ne? Qui scis uir, an uxorē seruaturus
sis? Qui dicat, Varię sunt dei dotes, fortasse cō
iungeret, ut coniunx infidelis seruetur per fidelē.
Cui si addas, Baptismum uiam esse asequendę
salutis cum primis necessariam, iuxta illud ser-
uatoris, nisi quis renat⁹ fuerit ex aqua &c. Nō
ne apparelt Apostolum, quod in superiorib⁹ di-
xit, de purificatione intellexisse baptismatis?
Quis igif tam inuerecundę frontis sit, q; alior-
sum trahere conetur, quod eodem in cōtextu,
de filiorum sanctificatione & purificatione di-
citur? Neq; est, ut quis hic me rideat, quasi pa-
rū dia lectice ad infantulos detorserim, quod

A s Aposto

Apostolus simpliciter dixit de filiis. Scio equidem filij uocabulū in eum etiam cōpetere, qui iam adulta sit ætate. Nec quicq; tamen à nobis peccatum est hoc argumentandi modo. Locum produximus, qui si non etiam opinio nem, certe suspicionē probabilē ingerit paruu los olim baptizari solitos. Et tamē unum hoc qualecunq; argumentum, multo est ualidius stabiliendo paruolorū baptismati, quām sint omnes ad unam aduersariorum rationes, quibus catabaptismum muniunt. Verisimile enim est ex ijs filiis, quos uel utroq; uel altero procurante coniugum, baptizatos fuisse Apostolus significat, aliquos fuisse infantulos.

Hoc fortius stringit, quod Paulus conferens ἐνέγκει gratiæ Christi cum Adæ peccato, docet multo efficaciorē esse gratiam Christi, ad instaurandam uitam, q; prīmi parentis admissum fuerit, ad inferendā mortem. Atqui unius Adæ præuaricatiōe, omnes seruituti ac morti obnoxij facti sunt, ij etiam qui non peccaverunt in similitudinem præuaricationis Adæ, nimirū paruuli: & non ualebit unius Christi obedientia, ut ingenuitati gratiæ ac uitæ illos restituat: Quorsum ergo scripserti Apostolus quo nihil aperte dici potuit: Sicut per uni⁹ de lictū

hictum peccatum in omnes homines irrepit in condemnationē, ita per unius iustitiā abū davit gratia in omnes, ad iustificationem uitæ. Ergo & paruulis gratia confertur, qua saluentur. An uero hoc tam eximium gratiæ donum, & quod Christi sanguine partū est omnibus, indiscrete confertur paruulis? Quod si eos tantum cōtingit huius gratiæ participes fieri, qui Christo inseruntur (inseruntur autem baptismate) cōsequitur uerum esse paruolorum baptismum, nec uno tantum nomine utile, ut pote q̄ illos & Christo inserat, & regni illis potestate faciat, ita ut si mox suscepto baptismo decadant, rectâ in cœlum subuolent. Sed quid utilem dico? Dicerē necessarium esse paruulis, Sed hoc alio libello demonstrandum seruabimus. Hic satis est, si ex ipsis etiam Apostoli uerbis doceantur simplices, & recte & utiliter baptizari paruulos, ut sicut p̄ Adam in morte incurrunt nascendo, ita per Christum salutem ac uitam consequantur renascendo.

Postremo urgebimus aduersarios longa precriptione tēporis, quę iā religione quadā oī animos occupauit: urgebimus autoritate ecclesiæ catholicæ, qua nihil nobis uel prius esset deber, uel antiquius. Baptizauit autē illa infantes

tulos ab ipsis etiam Apostolorum temporibus. Nam & Augustinus aduersus Julianum, quarto, item contra Donatistas. 23. 24. cap. parvularum baptismum ab ipsis Apostolis profectum ex eo colligit, quod nullo concilio inuenitur institutus: Quin Origenes & Cyprianus palam testantur, usum baptizandi parvulos ab Apostolis profectum. Sed quid Origenem & Cyprianum dico? Ipse Dionysius multo his antiquior, idem testatur ultimo cap. Eccle. Hier, in haec uerba scribens: Diuini nostri duces probauerunt, infantes quoque ad baptismum recipi. Neque vero obscurum est, quod ducum nomine uelit intelligi: ipsos nimis Apostolos. Hec itaque recepta Ecclesie consuetudo, tot retro seculorum fide firmata, sola, si non esset aliud, prescribere debet. Quod si haec Anabaptistis non probantur, proferat, si quid forte habent, ad infirmandam hanc prescriptionem: aut nos doceant, quod tempore, quo primum autore parvularum baptismus in Ecclesia coepit. Quod si non possunt, & tamen pergent contentiosius agere, faciant suo periculo, suoque malo. Iam ut hoc obiter admoneam, Lutherus et Oecolampadius (quibus alioqui nihil fere in receptis placet) quoties illis cum Anabaptistis res incidit, ad hanc Ecclesiae inueteratam consue-

consuetudinem, uelut ad extrema præsidia con-
fugiunt. Lutheri uerba iuuabit adscribere,
Nam Oecolampadij sententiā in Hyperasmo,
līcebit ut uideas. Si, inquit, baptismus paruolo
rum non esset rectus, sequeretur in mille qua-
dringentis annis, nullum baptismū & nullam
Christianitatem fuisse, quod est impossibile,
quia articulus fidei est, Credo unam sanctā ec-
clesiam Christianam. Vides quantum hic ec-
clesię autoritati tribuat, à qua alioqui non illi-
benter solent dissentire. Sed ita est hæreticorū
ingenium, ut fere solum agnoscant ecclesiam,
cū ipsis est commodum: hoc est, ubi ipsorum
iudicio, ad quod ceu amissim quādam omnia
optarim exigi, responderit: ubi secus est, ibi le-
uior est tipula. Atq; hic fit, ut cōcilia Oecume-
nica nunc sacrosancta ipsis sint, nunc à sacro &
sancto q̄ longissime absint. Imo cū iudicijs in-
ter se quoq; uarent, sēpe fit, ut quod uni proba-
tur, alteri falsum sit & hæreticum, dabo huius
rei, si libet, luculentissimū testimonium. Nice-
num cōcilium mysterium nobis sacræ Triadis
explicat, appludentibus Lutheranis & Oeco-
lampadianis. Quod cum idem corpus & san-
guinem Christi, in altaris sacramento substi-
tialiter esse adserit, Lutherus recipit, Oecolam-
padius

padius reiçit. Cum uero altaris sacrificium
apertis ac minime sucatis uerbis astruit, insa-
nit uterq;. Proinde qd ipsi in causam adferunt
ideo se quædam recipere, quædam respuere, q
Patres in quibusdam recte, in alijs, utpote ho-
mines, perperam senserint, friuolum est. Quasi
uero offensus spiritus, interim à sanctis illis Pa-
tribus sese proripuerit: dein ex irato factus p-
pitius, ad ipsos redierit. Ita ne ecclesiæ irascitur
spiritus, ut eam uel ad momentum, sinat in his
præsertim, unde cardo pendet nostræ salutis, ab
errare? Ergo non est hæc causa, quam obten-
dūt hæretici, sed hoc interim prætextu occasio-
nem captant eleuandi cōcilia, sacrosanctamq;
autoritatem ecclesiæ. Itaq; hic mihi quæso
strenuos istos milites cōsydera, qui cū arcem
nostrā fere oppugnant, hic tamē in castra no-
stra concedunt, officiosi (si dijs placet) futuri,
ut inde inerme Anabaptistarū uulgas confi-
ciant. Et hic illis grauis & irrefutabilis pror-
sus est ecclesiæ autoritas, nihil fidei aut pōderis
habitura, si uel ab ipsis nō staret, uel aliunde il-
lis arma suppeterēt. An nō merito ad istos di-
cat ecclesia, Qui estis? Qn tt uñ uenistis? Vobis
ubi patria atq; parentes? Quid in meo agitis
Allophyli? Quid limia mea teritis? Vñ uobis
frontē

frontem capessendorū armorum, ex meo ar-
mamentario? Quorsum professi hostes, à me
mutuatis præsidia? Qua potestate ex castris
meis militare præsumitis? Quo mihi suppe-
tias uestras? Apagete nebulones uanissimi.

Frustra sibi ab inueterata consuetudine ascen-
scunt patrociniū, quibus præter nouitias præ-
sumptiones, nihil fere placet. Verum hęc mihi
extra causam dicuntur. Proinde ad id quod in-
stituitur, recurrēdum. Nos ueterem receptāq;
ecclesiæ consuetudinem indicauimus, ex pro-
batis aliquot ac bonis certe autorib^o: quam si
Anabaptistæ non recipiāt, dicent ecclesiam ab
errasse temporibus mille & amplius annorū.
Sin amplectant̄, nihil est, cur uel ipsi baptismū
repetant, uel paruulos ab illo remoren̄. Por-
ro baptismum nō iterari, iam olim receptum
est patrum autoritate, & nos hic paucis ostendemus.
Primum quidem ex ipsa baptismi na-
tura. Est siquidem baptismus mystica quedam
generatio, qua homo ad uitam renascitur spi-
ritualem. At nihil idem bis nascitur, eodē natu-
ritatis genere, sed est unius rei una tantum nati-
uitas. Proinde ut carnalis genitura non repeti-
tur, ita nec spiritualem illam iterari conuenit.
Atq; hoc ipsum est, quod Augustin^o dicit: Sic
intellige

intellige natuitatem spiritus, quomodo Nicodemus intellexit natuitatem carnis. Quomodo enim uterū nō potest repeti, ita nec baptismus. Quin ipsa etiam sacramenti ratio baptismum iterari prohibet. Est enim symbolū mortis & resurrectionis nostrae in Christo. Nam arcana sui repræsentatione, significat nos pristinæ uitæ mortuos, in nouam resurgere. Quomodo & Christus seruile perpetius supplicium, ad nouam uitam reuixit. Proinde ut ille non nisi semel mortuus est, semel item ad rediuiuā assur rexit: ita non conuenit, ut sèpius illi cōmoriatur in baptismo. Qui igitur baptismū iterat, quid aliud q̄ Christum ludibrio exponunt, & (quod quidē in ipsis est) de integro crucifigūt? Quod dico, ipse Apostolus Hebreorum sexto libere pronuntiat.

Iam ex his quoq; quæ baptismus in nobis efficit, perspicue liquet, non esse iterandum. A principio, hoc potissimum efficit, ut peccatum tollat originis. Quod cū unius unū tantū sit, neq; semel abolitū recurrat, quæ tandem necessitas est baptismum repetere? Dein sacro sanctum illud lauacrum plenā tum culpæ, tum pœnæ remissionē opera tur. Quod si semel baptizti, in spem ducātur, remissionē peccatorū,

tam

tam paruo, hoc est, repetito subinde baptismo, parabilem esse, quantam putas delinquendi ansam hinc arrepturos, suapte natura in uitia proclives? Apparet ex his quæ Heb. 6. Paulus scribit fuisse qui putarent subinde licere ad baptismum recurrere, atq; hac fiducia licetius peccasse. Verum hunc errorem diligenter Apostolus eximit, dicens fieri non posse, ut q; semel illuminati fuerint, si prolabantur, denuo renouentur per poenitentiam. Quæ uerba ut de poenitentia baptismali, id est, à baptismo nō secreta, adeoq; de baptismo ipso intelligā, primū facit Chrysostomus, q; locum ad hūc ferme modum interpretatus est. Dein q; sciā, à baptismo Iapsos, poenitentiæ sacramēto posse restitui. Tū urget renouandi uerbū. Nā poenitentia non tā renouamus, q; sarcimur. Solus baptismus renouat. Vñ et lauacrū renouatiōis Apostolo dicit. Ad postremum & hoc in receptis est, Christianos milites, simulatque suscepto baptismo in Christi militiam dant nomina, signaculo quodam insigniri, quod nostri characterē uocant: Quēadmodū solenne olim erat, ut qui ad Cæsaris militiam adscripti fuissent, militari nota insignirentur. Is porro character in antiqua bilis & indelebilis cum sit, recte hinc colligunt

non iterari baptismū. Hic operæ preium est,
non ignorare, quid characterē Theologi defi-
niant: Esse scilicet potestatem quandā animæ,
recipiendi uel etiam tradēdi ea, quæ ad ritum,
cultū, & sacramenta Christianæ religionis per-
tinent. Porro Christianam religionem uoco,
à Christo sacerdote institutam & autoratam,
ut hunc totius religionis Christianæ caput ac
fontem intelligas. Eam potestatem esse in ec-
clesia, cum nemo non uideat, miror aliquos tā
esse stupidos, ut sacramētorum characterem,
quasi merum commentū sit hominū, rideant.
Hoc enim ostendunt se ignorare, cui usui desti-
natum fit characteris uocabulum in re sacra-
mentaria, nisi forte γέλωσα σαρδώνιον rideant,
quod deploratæ cuiusdam malitiæ fuerit. Ut
enim nullus sit in scripturis locus, qui doceat p
sacramenta characterem imprimi, ecclesię ta-
men autoritas, qua cum libenter sentimus, ita
esse iam dudum decreuit. Quin etiam res ipsa
clamat, potestatem talem hominibus factam,
quæ cum ipsos Christo configureret, ac simul à
non consignatis discernat, nulla uoce commo-
dius q̄ characteris exprimi poterat. Id em̄ uo-
cabuli figuram seu formam expressam ex alio
denotat significatione præcipua, qualis est ea
(ut

(ut hoc exempli causa dicam) quæ ex impressione annuli, in cera relinquitur. Nos per similitudinem, ad ea etiam accommodamus uocem, quibus ceu notis quibusdam res à rebus secernimus. Vnde & characteristicae literæ dicuntur, id est, figuratiue, quibus uerborum coiugationes græcis discernuntur. Hoc obiter aduertendum: Diuus Aquinas, quem per sacra biblia, in morem apiculæ circuolitatis uidemus, ut undecunq; excerpteret, quod probandis thematibus, quæ quidem ille sibi suscepit, esset accommodum, locū produxit ex Apostolo, quo characterem sacramentorum probaret, nimirum hunc: Vnxit nos deus, & signauit. Verum is locus utcunq; persuadet, non etiam conuincit, sacramentis characterem imprimi. Imo uidetur istic loqui Apostol. de charactere, quo in Christum transformamur: quē Thomas characterem percipiendæ gloriæ uocat, non de sacramentario illo, q̄ Christo configuramur in recipiendis, uel etiam conficiendis administrandisq; sacramentis ecclesiæ. Proinde quod dicitur, Obsignauit nos, tale est, per gratiam fidei, qua nos unxit, quamq; cordibus nostris, ceu sanguillum quoddam impressit: deniq; quā nobis, uelut certissimā salutis aram dedit, spem no-

nostram assecurauit & confirmauit. Atque in
hunc fere modum ipse Aquinas in commenta-
rijs uerba interpretatur Apostoli, quemadmo-
dum & illud : Nolite contristare spiritum dei,
in quo signati estis. Hæc admonere uisum, ne
quis forte exagitet, quod dixi, nullum reperiri
locum in scripturis diuinis unde sacramentorum
character certo doceri possit, id quod ante nos
non est uetus dicere Car. Caiet. Cæterum ra-
tiones, quibus probauimus non iterari bapti-
smum, si quis forte putet esse steriles, etiā atq;
etiam uideat, ne quod non probe intelligit, te-
mere reijciat. Id quod Scoto uidemus usu ue-
nisse, qui 4. 9. 6. unam & alteram, sed irrito co-
natu tentauit. Quod, inquit, in morte Christi
baptizatus sumus, non efficit, non iterandum esse,
baptismum, cum & poenitentia uim omnem à
passione Christi habeat, quæ tamen est iterabi-
lis. Quod itē de charactere indelebili adfertur,
quid aliud, q̄ quod confessum & notum est, per
id quod per se manifestum non est probatur: à
principio autem institutionis baptismi chara-
cter ignotus fuit, cum perspicuum esset, non li-
cere iterari baptismum. Atqui nō uidet iste, ra-
tionaliter uerum non consistere in efficacia pa-
ssionis Christi, sed in repræsentatione mortis
eius

eius. Pœnitētia autē, neq; mortē Christi repre-
 sentat, neq; nos Christo mortuo adsimilat: q̄-
 rum utrung; facit baptismus, significans nos
 unā cum Christo cōmori & consepeliri, iuxta
 illud: *Quotquot baptizati estis, in mortē Chri-
 sti baptizati estis.* Cur etiā damnat in Thoma
 quod in Florentino concilio probat: Colligit
 autem sacrosancta synod⁹ ex charactere inan-
 tiquabili, nō iteranda esse baptismi ordinis &
 confirmationis sacramenta, his uerbis: Tria
 sunt sacramēta, quæ character, id est, spirituale
 signum in anima indeleibile. Vnde in eadē per-
 sona non iterantur. Hactenus uerba cōciliij, ex
 quibus perspicue uides, licere ex his, quæ uel se-
 ro nobis innotescunt, rationem eorū colligere,
 quæ prius fuere cognita. Proinde appetet hæc
 Scoto non modo sine causa, uerum etiam sine
 mente dicta esse in diuum Aquinatem. 777.

Hactenus nostra stabiliuimus. Supereft ut ea,
 quæ contra baptismum infantū adducunt ad
 uersarij, excutiamus. Nullum, inquiunt, præ-
 ceptum cogit infantes baptizzare, nec ullo scri-
 pturæ testimonio conuincitur esse tingendos,
 neq; Apostolos legimus baptizasse paruulos.
 Nō sunt igitur baptizandi paruuli. Principio,
 quod ad uerborum consequentiam attinet, in

B ij manife

manifesto est q̄ non consistat is argumētandi modus , quo tamen fere utuntur schismatici , quoties aliquid eorum , quę in receptis sunt ecclesiæ conant reīcere . Itaq; fingamus , nec p̄ceptū esse paruolorū baptismū , nec expressum proferri posse e scripturis testimoniu . Deniq; fingam⁹ Apostolos nō baptizasse infantulos , tamen ne dānandus est paruolorū baptismus ? Si pondus habebit h̄ec ratio , multa nobis reīciēda sunt , ut quę nulla scriptura p̄cipiat . Imo hoc negotio dānabunt ueteres , q̄ hostias pacificas nulla lege p̄ceptas obtulerint . Ne qđ interim dicā deuotis sponte solutis , nos etiam quorsum amplectimur consilia euangelica , ac non auersamur potius ? Saltē sic argumētarentur : Nullum p̄ceptū scripture cogit infantes baptizare . Nulla est igitur necessitas baptizādi paruulos . Hoc em̄ recte cōsecutionis speciem habet aliquā . Quo uero colore consequit̄ , non esse tingēdos paruulos ? Quis ēquis auribus , in hunc modum argutantem audiat ? Nusquā in scripturis p̄cipit̄ , ut festum agamus dīē domini nūc . Ergo nō licet , ut hunc ducamus celebrē . Crucis signaculum in frontibus teri , nusq; p̄cipitur . Non igif licebit ut hoc nostris imprimam⁹ frōtibus . Eiusmodi fere sunt Anabapti starum

starum argumenta, quæ quidem hoc loco proferunt. Querunt ubi scriptum sit, ut baptizent paruuli, hoc satis esse arbitrantes, ut infantes à baptismō arceant, et catabaptismum muniāt. Atqui hoc aduersariorum telum facile retundimus, uicissim quærētes, Quia scriptura cautū sit, ne baptizentur paruuli. Nec tamen hoc quæ sisse contenti, etiam argumenta ex irrefutabilib⁹ scripturis desumpta producim⁹. Itemq; exempla, quæ ualere debent, ad adstruendum paruulorum baptism⁹, cū scriptura diuersum non præcipit. Aut ergo ostēdant isti, ubi in scripturis cautum sit, ne baptizentur paruuli: aut rationes ex scripturarum fontibus desumptas confutēt: aut desinant calumniari, quod prorsus non intelligunt. Ostendant quid sit, quam obrem baptismus, ad circumcisionis exemplū, maxime quod ad paruulos attinet, exigi nō debeat. Quod dicunt, Nusquam legi apostolos baptizasse infantulos, in quē tandem usum obsecro dicitur? Etiam non legimus baptizatos esse apostolos. Num ideo credendi sunt, hinc demigrasse non suscepto baptismate? Quorsum ergo ea uox quā nobis aliquoties repetūt? Nō legitur. Non legit̄. An quia non legit̄ Paulus, recepisse uictum euangelicum, consequens

est, non licere de euāgelio uiuere? Sed hoc sibi
licuisse, ipse submonuit, etiā si ea potestate usus
non sit. Audio. Doceant igit̄, non licuisse Apo-
stolis, ut baptizarent paruulos, & herbam da-
bimus. Alioqui operam luserint, etiam si fin-
gamus, iam constare Apostolos non baptizas-
se paruulos. Et tamen sunt loca quædam in di-
uinis literis, à quibus conjecturale argumentū
sumitur, etiam infantulos ab Apostolis fuisse
baptizatos. Velut cum i. Cor. 3. Paulus scribit,
se baptizasse domum Stephanæ: & Lucas act⁹
Apostolor̄ prosequēs, licet subobscure, idem
tamen significat, cū totas domos narrat fuisse
baptizatas. Est autem domus collectitum no-
men uniuersam complectens familiam, cuius
& infantuli portio quædam sunt. Hęc mihi ue-
hementem quandam, & fere inuincibilem su-
spicionem faciunt, infantulos tum fuisse bapti-
zatos, & tametsi istiusmodi collectiones, con-
uincendis pertinacibus nō satis neruosæ uideā-
tur. Primum, si negent illic fuisse infantulos:
Dein, si dicant historiam quæ est Acto. 16. de
adultis oportere intelligi, q̄p insint huic quædā
quæ certum sit nulla ratione in paruulos com-
petere. Locus sic habet: Tremefactus custos
carceris, Paulo & Silæ ad pedes accidit, produ-
ctisq;

IN ANABA. ERRORES

Etiq; illis foras ait: Dñi, quid me oportet fa-
cere, ut saluus fiam? At illi: Crede in dominum
Iesum, & saluus eris tu et domus tua. Et locuti
sunt ei & omnibus, qui erant in domo eius, uer-
bum domini. Et assumptis illis in illa hora no-
tis abluit plagas. Et baptizatus est ipse, cum
omni domo sua continuo. Cumq; perduxisset
eos in domum suam, apposuit eis mensam, &
exultauit, quod cum uniuersa domo sua credi-
disset deo. Ex hoc sane loco subapparet, eos ta-
tum suscepisse baptismū, qui crediderant prē-
dicato ipsis euāgelio. Est uero quisquam tam
incogitans, qui dicat, etiam infantulis prēdi-
cum esse euangeliū, credidisse illos, & exultasse
ob acceptā baptisi gratiā? Annuncia paruu-
lo Euangelium, & surdo narraueris fabulam.
Est & aliis locus 2. Act. qui cuidam non in po-
stremis docto, cum primi uisus est efficax, ad
probandum paruulorū baptisma: Pœnitentiā
agite, & baptizetur unusquisq; uestrum, in no-
mine Iesu Christi in remissionem peccatorū,
& accipietis donū spiritus sancti. Vobis enim
facta est re promissio, & filijs uestris, & oībus
qui longe sunt, quoscunq; aduocauerit domi-
nus deus noster. Hic inquit: Sermo diuin⁹ gra-
tiam spiritus, per baptismū promittit etiam

B v par-

paruulis. Et Zwing. in epistola ad Petru quē
dam Gynoreum, gloriatur se ex hoc actorum
loco confecisse Balthazarū Anabaptistarum
Coryphæum. Libenter patiar eum obtinere,
si quis dicat hinc neruofissime colligi, quod p
fidei pietate ut cunq; colligitur. Attamen ue
reor, ut Anabaptistæ hanc argumentandi ar
tem intelligent. Vereor ne sophisima conse
quentis, quod uocant, illis suboleat, si quis ad
infantulos affectate detorqueat, quod de filijs
simpliciter & in genere dicitur. Quid item si
dicant, in uerbis Petri, de adultis poti⁹ sermo
nem esse, uel hoc argumento, q̄ à baptizandis
fides exigitur & pœnitentia. Quo subapparet
eam promissionē, qua de Petrus loquiſ, iſdem
sane cōditionibus & filijs & patribus factam,
scilicet si credant, si pristinę uitę eos pœnitentiat.
Hæc non in hoc mihi dicuntur, q̄ Anabapti
starum partes tueri cupiam, quod mihi nunq;
sumphi, tantum per occasionem indico, ex eius
modi scripturarum locis, paruolorum ba
ptismum nec refelli, nec conuinci posse. Etiā ſi
uerifimilius fit, non excludi paruulos.

Ceterum mihi uide, quām frigidum nobis syl
logismum nectant Anabaptistæ, ex scriptura
parum recte intellecta. Omnis, inquit, plan
tatio

ratio quam non plantauit pater ille cœlestis, e-
 radicanda est. Paruulorū babbtismum, non plā
 tavit. Mos igit̄ tingendi puulos abolēdus: Hoc
 loco plantare id est Anabaptistis (nisi me meū
 fallat iudicium) quod præceptum esse inscri-
 pturis, ut quod dicitur eiusmodi sit: Tollendū
 est e medio, quicquid in scripturis non præcipi-
 tur. Verum hæc interpretatio cum sit coacta
 (ne dicam, quod uere possem, malitiose exco-
 gitatam) non consistit. Quis enim non uidet,
 istos scripturam per capillos (quod dicitur) ad
 perfidiam suam trahere repugnantem? Nihil
 min⁹ isthic agit Christus, q̄ quod isti fingunt.
 Tantum taxat pharisæorū supersticiosas quas
 dam, ac nimium diligenter obseruatas traditi
 unculas, significans has, perinde atq; zizania,
 radicibus euellendas, quod non ex deo, sed ex
 pharisæis aduersus dei legem profectæ essent:
 ut pleraq; alia, quæ in rē suam commenti fue-
 rant, in non modicam uerę pietatis iacturam.
 Hæc qui damnat, an continuo reiçit, quicquid
 in scripturis diuinis non præcipitur? Et tamē
 huc etiam Pauli uerba, si superis placet, detor-
 quent. Si quis aliud euāgelizauerit quām à me
 euāgelizatum est, ἀνάθημα fit. Quasi uero hisce
 uerbis omnia damnet Apostolus, quæ nobis
 offert

offert ecclesia, uel credenda, uel obseruanda, si
sacris non sint prodita literis. Quin eos dun-
taxat execratur, qui diuersum ab euangelio
suo docere præsumunt, quod tum faciebant
pseudapostoli aliqui, quibus pensi erant legis
opera, quæ Apostol^o docuerat, ne pili quidem
facienda, Sententię Paulinæ illud & ποναλύθεος
concinit: Si quis apposuerit ad hæc, apponet
deus super illum plagas scriptas in libro isto.
Et si quis detraxerit de uerbis &cæ. Quo ipso
quoq; cauet Apostolus, ne quis quid somnio-
rum suis reuelationibus adjiciat, aut detrahatur
aliquid. Ad eandem sententiam, Mofi quoque
testimonium pertinet. Nō addetis ad uerbum
quod uobis loquor, neq; auferetis ex eo: Hoc
itidem cauens, ne quid diuersum uel doceant,
uel faciant, quām à se essent edicti. Porro si ni-
hil addendum est scripturis, cur Paulus ausus
est, quædam statuere, quæ dominus nondocue-
rat. Si nihil detrahendum, cur in nomine Iesu
baptizarūt Christi discipuli, cur multa nō ser-
uatur in ecclesia, quæ præceperunt Apostoli.
Aliud argumentum audi: Qui non præuaricā-
tur legem, non opus habent regeneratione.
Quæ est igitur necessitas baptizādi paruulos?
Hic opinor de præuaricatiōe personæ, hoc est,

qua

qua propria quisq; uoluntate peccat in legem, anabaptistæ loquuntur. Sed falsum est, non nisi legis præuaricatoribus opus esse regeneratione. Est enim præter hoc peccati genus, aliud naturæ seu originis, à quo cum nec infantili immunes existant, consequens est, & ipsis quoq; opus esse regenerationis lauacro. Iam uero cum ex illo symboli uerbo, Confiteor unum baptismum in remissionem peccatorum, propositum Anabaptistæ colligūt, quid aliud, quam de fide nostra, perfidiæ suæ arma sumūt? Baptismus, inquiunt, institutus est in remissionem peccatorum. At paruuli peccata non habent. Primū responderi potest, id uerbi de peccato originis posse intelligi per Enallagē, hoc est, commutato numero, quemadmodum & illud, quod aliquanto inferius ex psalmis citabitur. Dein, & meo quidem animo conuenientius, ut sermo sit de peccato in genere, siue letali, siue ueniali, siue originis. Hoc enim baptismi commendatur efficacia, qua aboleri possint, cuiuscunq; tandem generis sint, peccata omnia. Paruuli itaq; & si propriæ uoluntatis peccata non habeant, peccato tamen originis tenet obnoxij, à quo per baptismi gratiā liberatur. Deniq; fingamus, hoc dixisse ecclesiam: Confiteor

teor unum baptisma, in remissionem actualiū
(ut uocant) peccatorū, id est, eorum quę pro-
pria cuiusq; uoluntate committuntur: an hinc
continuo sequitur, Non esse in remissionem
peccati originis? Certe si pondus habet hoc en-
thymema, ualebit & illud: Nata est auis ad uo-
landum. Non igitur pedibus ingreditur. Fal-
sum proinde est id, in quo argumenti cardo
uersatur, scilicet baptismo non nisi ea aboleri
peccata, quorum autrix sit propria cuiusq; uo-
luntas.

Quod si Pelagianos secuti, negent esse pecca-
tum originis, quis iftis fidem habiturus est, po-
ste aquam uetus est dogma, luculentissimis scri-
pturarum testimonijs roboratum: Esse pecca-
tum originis, quod ab humani generis princi-
pe, in omnes homines (uno Christo excepto)
dimanarit. Nam Romanorum quinto haud
obscure Paulus indicat, duplex esse peccati ge-
nus, cum omnes in Adam peccasse adserit, sed
ita, ut neget, omnes peccasse in similitudinem
prævaricationis Adæ. Qui autem consistit, o-
mnes in Adam peccasse, & non omnes peccas-
se in similitudinem transgressionis Adæ, si de
eodem peccati genere loquitur? Palam itaq;
reuincitur, in priori pronuntiato, de peccato
natu

naturæ, ob primi parentis admissum deprava-
tæ: In posteriori, de proprio cuiuscum peccato
sermonē esse. Atque etiam huc facit, quod Ephes-
orum secundo idem Apostolus dicit: Omnes
nos natura fuisse filios iræ: manifesto signifi-
cans oës nos ab ipsa statim cōceptione, pecca-
to fuisse obnoxios. Et cui tandem obsecro, si nō
originario? Eodem pertinet, quod habes in psal-
mis: Ecce in iniquitatib⁹ cōceptus sum: quod
de genitiali illo omnes extra controuerſiam
orthodoxi dictū intelligunt, Nequæ refert quod
septuaginta, pro se quisque, uerterunt multitudi-
nis numero, In iniquitatibus, manifesta nim-
rum ἐπέρωσι, quæ tum profanis, tum uero sa-
cris literis frequens est. Cæterum Hiero, unita-
tis numero hebræum reddidit: Ecce in inqui-
tate conceptus sum. Iam et illud rem nostram
iuuat, quod Job decimo quarto, iuxta septua-
gesimam uersionē, legitur. **Quis enim mundus**
est à sorde? Nemo certe, etiam si unius diei fit
uita ipfius super terram. Vbi Hiero. ut hoc o-
biter admoneam, Hebræum longe diuersius
reddidit, in hæc nimirum uerba: **Quis potest**
facere mundum de immundo conceptum se-
mine? Nōne tu qui solus es? Sed nihil ad rem,
His itaq; scripturarum testimonij liquido fit
cogni-

cognitum, paruulos non imitatione primi parentis, sed natura corrūpi. Eamq; naturæ corruptionem, peccatum appellat originis, quod ita baptismus abolet, ut tamē maneant huius morbi, dum quidem in hac carne uiuitur, non nullæ reliquiæ. Accedit his omnium ecclesiæ consensus, quod ex Augustini uerbis facile deprehenditur. Is enim contra Iulianum, in hæc uerba scribit: Omnes homines, illorū primorum parentum peccato nascuntur obnoxij. Hoc qui negat, Christianæ fidei fundamenta conatur subuertere. Vna siquidē est omnium catholicorum firma fides, qui per unum hominem peccatum intrasse in mundum, uno corde credunt, uno ore fatentur, & uestras nouicias præsumptiones catholica antiquitate subuertunt. Propter hanc enim catholicā ueritatem sancti et beatissimi, in diuinorum eloquiorum pertractatione clarissimi sacerdotes, Ireneus, Ciprianus, Rheticius, Olympius, Hilarius, Ambrosius, Gregorius Theologus, Innocentius, Ioannes, Basilius, quibus uelis nolis addo Hieronymum presbyterum, aduersus uos proferunt, de omnium hominum peccato originali obnoxia successione sententiam. Vnde ne mo eruitur, nisi solus ille, quem sine lege peccati

tati uirgo cōcepit. Hoc quisquis negat, et Christi carnem ita comparat carni cæterorum hominum nascentium, ut utrāq; equalis puritas esse adserat, detestandus hæreticus inuenitur. Hactenus Augustini uerba. Quorsum autē anabaptistis proficit, quod causantur se incertos, an baptizati sint? Nolunt credere quālibet bonū fidei testibus, ne parentibus quidem, hoc scilicet nomine q̄ homines sint, adeoq; mēdaces. Credemus ne hominibus, inquit, quo certū est esse mēdaces? An nō scripturæ sacrae, hoc negotio in uniuersum subruuntur? Quis enim nesciat, scriptores diuinorū uoluminum fuisse homines? Quid autem refert, uoce quis, an scriptis narret, quę ab alijs præclare secus uesta sunt? Porro si indigni sunt homines, qui bus credatur, cur Christus ipse recumbentib; discipulis incredulitatem exprobrat, q̄ ihs qui ipsum resurrexisse uiderant, non credidissent? Cur illos mittit prædicare Euangelium, si noluit hominibus haberi fidem? Quorsum etiā dictum est: Interroga patrem tuum, & annuntiabit tibi, maiores tuos, & dicent tibi: Omnis homo mendax. Præclara scilicet causa, quam obrem nihil fidei haberi debeat, ihs etiam qui nos generunt. Mendax dicitur homo, non q̄

C mentia

mentiantur quicquid dixerit, sed quod mentiri possit. Ut contra deus uerax dicitur, q̄ mentiri non possit, nec fallere. Proinde ut demus, qđ certe donandum est, patres nostros atq; maiores potuisse fingere, comminisci, mētiri (Homines eñ erant, hoc scilicet quod nos sumus) an continuo sequitur, hoc illos fecisse? An non de iusto scriptura loquitur , Qui potuit transgredi, & non est transgressus, facere malum, & non fecit? Quod potuit, conditio fuit naturæ. Quod non fecit, eximiæ cuiusdam uirtutis argumentum est. Sed res ipsa docet, inquit, quām s̄epe multa mentiantur homines . Hoc ut uerum sit, tamen ne semper mentiuntur omnia, ut illis nihil credi debeat? Sed quisquis mentiri potest, nonnunquam etiam mētitur, homo est incertæ ac prorsus ancipitis fidei. Quis negat? At neq; uanum esse potest, neq; in certum, quod multitudo testatur, quod testibus oculis peragitur, quod in frequenti fit corona hominum, cuius postremo parentes ipsi ac sanguine iuncti, testes existunt : quibus non credere, quid aliud est obsecro , quām illos notare mendacij? Nimis dura cervice sunt, qui nō prius credunt, quām fides incurrit in oculos. Ridicula uero anabaptistarum colluies, qui dum

dum sensorijs documentis fidē petunt astrui,
reuincuntur, ne parentes quidem suos satis agnoscere. Ac uereor, ne repetendus sit illis ute-
rus, ut denuo renati exploratum habeant, qui
nam sint ipsorum parentes. Iam age et hoc mihi respondeant: Num baptizandis adultis fidē
habeant, cum interrogati: An credant? Respō-
deant, se credere. Si illis fidem nō habent, qua
fronte illos ad baptismum recipiunt, cum Pau-
lus dicat, Peccatum esse omne quod non exst
de agitur? Sin illis credunt, quorsum negant,
hominibus habendam esse fidem?

Aliū nobis interim syllogismum struunt: hoc
pacto: Omne quod non est ex fide, peccatum
est. Atqui paruolorum baptismus, non est ex
fide, quia sine scriptura. Verum hūc Pauli lo-
cum aut nō intelligunt, aut malitiose ad persi-
dix̄ suę dogma detorquent. Hoc enim Apo-
stolo negatur ex fide fieri, quod fit, non respon-
dente ac etiam inclamante conscientia: ut idē
fit hoc loco fides, quod proprię conscientię iu-
dicium. Hinc celebre illud Agathensis conciliij
axioma: Omne, quod fit contra cōscientiam,
edificat ad gehennam. Nunc mihi dicant ana-
baptiste, egregijs scilicet isti καρδιογνώσα, num
ecclesia baptizet infantulos, refragante aut flu-

Et uante conscientia: Interim clumbis prodit,
nec unis Anticyris digna probatio. Non sit, in
quiunt, ex fide quod sit sine scriptura. Quasi ue-
ro nihil nobis probari debeat, nisi quod lege
præscriptum sit. Perfrictæ frontis hominē es-
se oportet, qui ethnicum peccare dicit, quē ui-
det periclitati proximo stipem porrigeret. Es-
tūde quām istorum perfidię non respondeant,
imō etiam inclament uerba Apostoli: Gentes
qui legem non habent, tamen natura quę legis
sunt faciunt, fibi ipsis sunt lex, & opus legis o-
stendunt scriptum in cordibus suis, simul atte-
stante illorum conscientia, & cogitationibus
inter se accusantibus, aut etiā excusantibus etc.
Breuiter, hoc negotio omnia omnium uete-
rum opera, qui scripturam Moysi legem lögis
anteuerterunt spacijs, damnantur. Quod si cer-
tent, fidei uocabulū in ea significantia debere
accipi, qua Hebr̄o. undecimo usus est Paulus,
quomodo non etiam Mosaicę legis obserua-
tia, peccatum erat: Quandoquidem eiusdē A-
postoli testimonio liquet, legem non esse ex
fide. Hęc certe scripturarum pugnantia non
nisi uocis δμωνυμία tollitur. Aut enim oportet
falsum esse, quod Paulus negat, legem esse ex fi-
de: aut non esse uerum, quod dicit, peccatum
esse

esse, quicquid non ex fide fiat: aut dicere, legē
esse peccatum, quod alibi ex constanti negat:
aut fidei uoculam his locis, non in eadem si-
gnificatione accipi. Hæc admonere uifum, ne
quis uerbi ambiguitate deceptus, in labyrin-
thum incidat. Tamen fac esse, ut in mox cita-
tis locis, eadem sit huius uocis significantia:
quorū attinet sic argutari: Baptismus est fi-
ne scripture. Ergo nō ex fide? Non dicit Apo-
stolus, fidem esse ex uerbo literis prodi-
to, o-
mnino dicturus, nisi secus haberet, uerum sim-
pliciter pronuntiat, fidem esse ex auditu uer-
bi Christi.

Quin hoc quoq; admonendum ratus sum, ue-
hementer errare eos, qui ex dicto Pauli uerbo
colligunt, Omne opus infidelium esse pecca-
tum, cum isthic non sit sermo, de uirtute fidei,
qua de multa apud Theologos, sed de fide hu-
manorum operum. Est autē meridiano sole
clarissimus, infideles multa ex fide, hoc est, ex con-
sciētia recti atq; honesti facere. Proinde falsū
est, omnia ipsorum opera ex nō fide, id est, recla-
mante conscientia fieri: Ac ueteror, ne hoc Pa-
uli uerbum, ut pleraq; alia, cōtra suam ipsorum
conscientiam, ad fidem detorqueant. Quanq;
istis nihil leuius peccant, qui hinc uelut à con-

C in trario

erario sensu colligunt, Non esse peccatum quicquid ex fide fiat. Posteaquam multa ex fide facta legimus, hoc est, approbante conscientia, quæ palam est in peccatorum catalogum referri. Quod genus est illud Actu. 26. Putabam ane aduersus nomē Iesu Nazareni debere multa cōtraria agere, quod & feci Hierosolymis. Nimirum hoc est, quod seruator futurum prædixerat: Venit hora, ut omnis qui interficit uos, arbitretur se obsequium præstare deo. Cōcinit his Leonis illud, quod de Romanis aliquibus scribit: Magnam se fecisse credebat religio nem Roma, in omnem idololatriæ errorem propensa, cum nullius gentis respuisset falsitatem, Hactenus Leo. Errat sēpe ac fallitur humānum genus, dum quædam probat, quæ in probanda sunt, quædam auersatur & damnat quæ cōueniebat prosequi. Proinde(uthoc auctarijuice adiçia) peccare contingit, non in rebus pessimis tantum, uerum etiam in re per se optima. Cæterum quod ad Pauli pronuntiatum attinet: Adfirmatum est uniuersale. Cui hoc ex contrario pugnat: Nihil quod non sit ex fide, peccatum est. Ex diametro uero: Non omne, quod non ex fide sit, peccatum est. Quod autem ex Apostoli uerbo colligunt, in alio pugnatum-

tium propositionum ordine sedem sibi uendicat. Est enim uniuersale negatiuum. Cui hoc generale adfirmatiuum contrarie opponitur: Omne quod ex fide fit, peccatum est. Istud uero per diametrum obiicitur: Est quod ex fide fiat, quod ipsum tamen peccatum fit. Quod cum uerissimum sit, non potest nō falsum esse, quod isti ex Apostoli uerbo colligunt.

Sacra porro ancora, cui anabaptistæ hærent, locus est Matth. xlii. Eūtes docete omnes gentes, baptizantes eos &c. Quod uerbi Hierony. enarrans dicit: Non potest suscipi sacramentū nisi anima suscepere fidei ueritatē. Huc item facit quod est apud Marcum: Euntes in mundum uniuersum, prædicate euangelium omnī creaturæ. Qui crediderit &c. Eodem deniq; et illud pertinet, quod percōtanti eunicho, Quid obstat quo minus baptizaretur, habita aquæ copia, responsum est: Si credis ex toto corde, licet. Hinc anabaptistæ putant, id dogmatis posse statui: Neminem ad baptismum debere recipi, priusquam fidem catholicam profiteri possit. Operæ premium fuerit, primum uidere, quo artificio hæc anabaptistarum obiecta Lutherus retūdat, quanq; hoc conatus sit uerius, quam effecerit. Respondet paruulis propriam

C iiii esse

esse fidē,qua necesse sit eos credere. Quod cum
sit falsissimum, habet tamen ille argumenta
sua, quib⁹ hoc conetur perspicuū facere, Fides,
inquit, merū dei donum est. Ergo & que datur
adultis & parvulis. Quod si non crederent, par-
tem haberent cum infidelibus, quia sine fide
impossibile est deo placere. Nunc autem illo-
rum est regnum cœlorum. Idem inquit, proba-
tur ex eo psalmi 105. loco, quo legis Iudeos ef-
fudisse sanguinem innocentem filiorum ac fi-
liarum. Non est autem sanguis innocens sine
fide & spiritu. Ad hæc exemplum adserit, de in-
nocentibus per Herodem iugulatis. Itemq; de
Ioanne sanctificato in utero, quem ut nemo, in-
quit, dicet absq; fide sanctificatum, ita nemo
dicet, infantulos ab Herode interfectos sine fi-
de esse saluatos. Ad has rationes plane stup-
peas, paucis respondebo: sed illud prefatus. In-
fusam fidē, q (ingenue fateor) habent parvuli,
nihil ad rem facere. Hac enim ad baptismum
non acceditur sed in baptismo, unā cum chari-
tatis gratia infunditur. Certe Lutherus de hac
aut nō loquitur, aut si loquitur, nihil aduersus
anabaptistas agit, quibus de fide, quę ex audi-
tu est uerbi Christi, dēq; illius usu & exercitio,
sermo est. Est autē propriū fidei opus, audito
uerbo

uerbo credere, de quo illud Pauli intelligi conuenit: Accedentem ad deum oportet credere, & quod sit & q̄ remunerator sit etc. Huiusmodi fidē habere paruulos, Lutherus adserit, Ana baptistæ negant, & nos quoq; inficiamur. Sed expendamus Lutheri probationes. Contēdit fidem, quæ ex auditu est uerbi Christi, merum esse donum dei. Quo cum liberum hominis as sensum conetur excludere, nihil efficit. Nemo enim credit, nisi uolens, ut recte Augustinus: Quod autem Apostolus dicit, Gratia dei saluatos nos esse per fidem, non ex nobis. Quod itē dicit: Dei donum esse, nō ex operibus, nō negat accessionem uoluntatis humanæ, sed negat salutis gratiam nostris uiribus esse partam, ostēdit salutis initium ex deo esse, non ex nobis.

Quod secundo loco argutatur, contortum est. Nihil enim posteriori cum priori conuenit. Si, Inquit, non credunt, partem habent cum infideibus. Hoc illis dicat, qui cum possint, nolunt credere. Cur imputatur paruulis, quod per ceteram non possunt? Periculum est, ne Lutherus hoc argumentandi modo catulos quos aiunt ante nonum diem non uidere, condemnnet cœcitas. Imo quid uetat, quin hac ratione surdos natura, ac fatuos præsertim, quibus per o-

omnem uitam nullus est rationis usus, in infidelium numerum referamus?

Iam quod ex Apostolo confectum putat, parvulos propriam habere fidem, qua uerbo dei interne (ut iste fingit) audito, credant, quis non uidet esse fruolum? An eam epistolam infantilis scripsit Apostolus? Ergo de adultis sensit, qui nisi prædicato ipsis euangelio credant, deo placere non possunt. Quod si hec contentiose ad parvulos detorqueat, dico & illos deo placere, per fidem credentis ecclesiae. Sed quid hoc ad anabaptistas? Exigunt isti à baptizandis fidem propriam, ac fidei professionem, quam Lutherus ex hoc Apostoli uerbo, nunquam probauerit. Praeclara uero ratio, qua docere conatur, Iudæorum parvulos fidem habuisse, quod innocentiam scriptura illis tribuat. Quasi non etiam infideleum infantuli, innocentes dicantur. Non est obscurum innocentiae vocabulum, quod inTEGRITATEM sonat. Et innocentes, qui ab iniuria & maleficio abstinent, hoc est, nemini incommodeant.

Quod ab Herode necati parvuli salutem assecuti sunt, fides in causa non fuit, sed quia purgati sunt sanguine. Quod etiam Ioannes spiritu sancto repletus est, quod exultauit in utero,

non

non arguit illum habuisse fidem, qua actu posset credere: nisi dicamus, in nondum nato parvulo acceleratam fuisse rationem. Verum hoc incertum. Et si maxime confaret, non continuo falsum est, quod nos dicimus: Parvulos non habere fidem. Paucorum enim prærogativa neq; legem facit, neq; communis legi officit. Verum hoc aliquanto crassius est, quod Lutherus contendit, fidem anteuertere rationem in pueris, cum credere, exerto sit ratio-
nis ac voluntatis opus, ut impossibile sit eos credere, quibus non est ullus, neq; rationis, neq; voluntatis usus. Proinde non potest nō impudentissimæ frontis esse, qui hoc adfirmare sit ausus, quod sciret neminem crediturū. Cer-
te anabaptistæ hoc Lutheri dictum, ceu Morationicum, id quod uere est, rident. Quanquam ea in re illi aduerset & su⁹ Melanchthō. Quid Melachthonem dico? Ipse Lutherus, seipsum egregie ferit contradictionis iaculo. Hic enim certat, parvulis propria fide opus esse, qua cre-
dant. Alibi de constanti adserit, aliena illis fi-
de succurri, eorum scilicet, qui parvulos ad ba-
ptisma deferunt.

Ex his itaq; liquet, quām infeliciter anabapti-
stis à Luthero occursum sit. Nos anabaptista-

rum argumento primum opponemus baptis-
mum paruolorum in mari, opponemus ex-
emplum circuncisionis, quæ cum fidem exigeret,
camen non negabatur infantulis. Quod satis
argumenti est fidem in adultis duntaxat fuisse
exactam, paruulis per circuncisionis sacramen-
tum ac fidem credentiū ab originali labe mun-
datis. Ut autem circuncisio symbolum quad-
dam erat fidei, quam tum habebant de Chri-
sto nascituro: Ita baptismus in circuncisionis
locum subrogatus, sacramentum est fidei, de
Christo iam nato. Proinde ut ueterum infan-
tuli gratiam assecuti, atq; in dei populum alle-
eti sunt circūcisione, ita paruuli nostri sacro il-
lo lauacro Christo inaugurantur, atq; in gre-
gem adseruntur dominicum. Deinde oppone-
m̄ illis paruulos ab Herode interfectos, quos
constat esse seruatos. Quod si hoc potuit san-
guis pro Christo effusus absq; fide infantium,
car non idem efficiat baptismus, in fide credē-
ris eccl̄ie susceptus. Is ergo dubitet regenera-
tos in Christo paruulos, inter adoptionis fili-
os numerari, qui dubitat pro Christo trucida-
tos infantes inter martyres coronari. Postre-
mo, si liber, opponemus anabaptistis infantu-
los in pariconiugio progenitos, quos sanctos

ac mundos Apostolus pronunciat. Hic mihi dicant anabaptistæ: Vnde paruulis hæc sancti tas, si non ex fide parentum? Quæ si illis in hoc prodesse potuit, ut impetraret gratiam, nihil est, quamobrem fidem ecclesiaz negemus eosq; prodesse infantulis, ut regenerationis gratiam accipient. Sed ne eiusmodi obiectiunculis, uelut clavo clavum pellere uidear, ac litem magis mouere anabaptistis, quam obiecta diluere, respondebo ad singula scripturarum testimonia, quæ huc operose magis quam feliciter conuehantur. Proferunt locum ex Marco, quo plane abutuntur. Primum, in hoc totus istic est seruator, ut ostendat necessariam esse fidem, non tam ad sacramenti perceptionem, quam ad assequendam baptismi gratiam & salutem. Qui, inquit, crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. Deinde, non dicit, Qui non crediderit, non baptizabitur sed cōdemnabitur. Fieri enim potest, ut quis baptizetur non credens, is uerum utique baptismū recipit, modo hoc sibi proponat accipere, quod Christus instituit, quodq; tradit ecclesia. Sed condemnabitur, nisi fictionis illum pœnitentia. Itaq; quod Hiero, dicit: Non potest suscipi sacramētum, nisi anima suscepere fidei ueritatem, fructum potius

potius sacramenti, quam sacramētūm ipsum
respicit. Quo igitur pacto ex eo Christi uerbo
colligunt, paruulos non uere baptizari, quod
ne de adultis quidem conuincere possint? Sal-
tem hinc, inquiunt, cōuincitur damnari paruu-
los. Nulla certe ratione. Nam ipse uerborum
ordo liquido ostendit, Christum apostolis de-
disse negotium agendi cum adultis potissimū,
quorum scilicet est audire euangelium, auditio
credere, quo tandem recipiendo baptismo sint
idonei. Vnde & Petrus à baptizandis exigit si-
dem, & pœnitentiam, tum succedit baptisma.
Tamen si nec fides, nec pœnitētia, nec propria
recipiendi baptismi uoluntas, per se ad necessi-
tatem sacramenti exigitur (alioqui omnibus
etiam paruulis fide, pœnitentia, ac propria uo-
luntate opus esset) sed per accidens, quatenus
scilicet peccati, contrarieq; uoluntatis obicem
submouēt. Quod ergo Augustinus ait, nemine
renasci ex aqua et spiritu, nisi uolentem, ad ad-
ultos referendum est. Quanquam per me lice-
bit, ut quis ad infantulos quoq; accommodet,
modo uolentem contra nolentem distinguat,
id est, aduersus eum, qui nolit credere, quiq; ob-
firmata animi sententia baptisimum recusat.
Atqui necq; fidem, necq; sacramentum fidei par-
uuli

anbi respuunt, quos constat præter uolūtatem
quidem, at nō contra uoluntatem baptizari.
Vides iam opinor, in quem hoc Christi uer-
bum quadret: Qui non crediderit condemnabitur: In eum nimirum, qui iam uolūtatis suæ
arbiter factus, credere recusat. Atq; hinc palā
est utrosq; hoc est, tam Lutheranos q; anaba-
ptistas eo Christi uerbo, licet diuerso consilio,
abuti. Illi, ut paruulorum baptisma statuant, si
dem illis tribuunt: isti, ut paruulos à baptismō
arceant, sic uerba inuertunt, quasi saluator di-
xerit eos duntaxat baptizari, qui crederent,
cum in uerbis Christi nullam exceptionis par-
ticulam reperias. Nos itaq; ab utrisq; longe di-
uersum docemus. Negamus paruulis esse fidē,
quam à baptizādis dominus exigit, nec tamen
arcemus à baptisinate. Age uero ueterum ali-
quot proferamus testimonia, quibus in hoc
optime conuenit, fidem à pueris nō exigi, sed
suffragari illis fidem ecclesię, eorumq; q; paruu-
lorum nomine expromittunt. Primus prodit
Augu. in hæc uerba scribens: Mater ecclesia os
maternum præbet paruulis, ut sacris mysterijs
imbuantur, qui nondum possunt corde pro-
prio credere ad iusticiam, nec ore proprio con-
fiteri ad salutem. Et rursus ad Bon. Com: In
ecclesia

ecclesia saluatoris, paruuli per alios credunt in salutem, sicut ex alijs peccata contraxerunt in condemnationem. Hic mihi respondeant ana baptistæ: Si paruulis non suffragatur fides ecclesiæ, quo modo illis alienum peccatum incōmodet? Sed fortassis infideles sunt parentes, aut corrupti haeresi. At non est infidelis ecclesia, qua de re Augustinus scite differit: Offeruntur, inquit, paruuli ad percipiendam spiritualem gratiam, non tamen ab eis quorum gestā tur manibus, quis ab ipsis siqdē & ipfi infideles sunt, sed ab uniuersa societate sanctoꝝ atq; fideliū. Ab omnibus nāq; offerri recte intelligūtur, quibus placet quod offerūtur, & quoꝝ charitate ad communionem sanctis adiunguntur. Haec tenus Augustinus. Quin & Bernardus sermo. 66. eorum, quos in Canticum Solo. c̄di dit, ut multa, ita non minus eximia de paruulorum baptismate scripsit, ex quibus subodorari licet, & ipso uiuente fuisse aliquos, qui par uulorum baptisma, uel hoc maxime nomine abrogatum uoluissent, q̄ fidem infantes non habeant. Quibus hisce uerbis Bern. occurrit: Nemo mihi dicat, fidem non habet puer, Ha bet fidem, nō suam, sed alienam. Mater ecclesia imparbit illi suam in sacramento, quoꝝ idoneus

idoneus fiat, suo assensu illā percipere, An breue putas pallium, ut utrumque cooperire non possit? Magna fides ecclesiæ, Nunquid minor mulieris Cananææ, quam constat & filiæ sufficiere potuisse & sibi? Num minor illorum fide, qui per regulas paralyticū demittētes, animæ simul & corporis obtinuerunt salutem? de quibus dicitur: Quorum fidem ut uidit & cæ. An minor illius fide, cui pro filio roganti dictum est, Si potes credere, omnia possibilia sunt credenti? Quid si infans pro se loqui non possit, pro quo uox sanguinis fratribus sui, & talis fratris clamat ad deum de terra. Adstat & clamat mater ecclesia. Quid tamen infans? Nonne & ipse tibi uidetur quodammodo uociferari de fontibus salvatoris ad deum, & suis uagitiibus clamitare? Flagitat auxiliū gratiæ, quia vim patitur à natura. Clamat innocentia miseri, clamat ignorantia parvuli, clamat addicti infirmitas. Hæc ille, atq; in hunc modū plura.

Sed scripturam obijciunt, quæ dicat, iustum ex sua, ut Hiero, siue ut significantius Sym. ex propria fide uiuere. Nō negauerim, sic legi posse ex Hebræo, quemadmodum ab illis est redditum. At scire refert, de quo iusto propheta dixerit: de eo nimis quem admonet, ut bo-

D na spe

na spe seruatoris aduētum expectet. Sic enim contextus habet, Si moram fecerit expecta eum, quia ueniens ueniet, & non tardabit. Qui autem incredulus est, non erit anima eius recta in semetipso. Iust⁹ autem ex fide sua uiuet. Atq; in eum sensum usus est uerbo prophetæ Apostol⁹ Hebræorum 10. Et hactenus de hoc anabaptistarum errore. Supereft, ut quod initio polliciti sumus, uideamus, qui nam huic errori ansam præbuerint, Lutherani, an orthodoxi. Sic enim uisum est pessimis sycophantis ut malitioso syncretismo anabaptistarum non men cum Papistarum (sic enim dū festiuī uolūt uideri, orthodoxos appellant) nomine coniungerent: quo consilio, non excutiam. Certū est, non pietatis studio, sed calumniandi morbo hoc eos agere, quo nobis cum anabaptistis communem inuidiam moueant apud principes. Nos depulsa primum calumnia, luculentissimis argumentis docebimus, in istos hæerre crimen, quod orthodoxis falso impingunt. Quid uero hoc istorum facto impudentius? Ecclesia ob hoc dogma deuouit hæreticos, adegit ad palinodiam. Quod cum testatissimum sit, tamen isti persuadere conantur principibus idem sentire & facere orthodoxos, quod anabapti-

Baptistæ sentiunt & faciunt. In hoc hæreticorum gen^o Augustinus strinxit calatum, strinxit Bernardus: Idem etiamnum faciunt probatissimi quicq; quos nō perinde refert memorare. Et faciunt approbāte ecclesia, applaudentibus principibus, totoq; orthodoxorum cho-ro. Et quorsum illis anabaptistarum hærefis impingitur, perlubenter ex istis rogauerim. Si huius hærefis orthodoxi autores sunt, cur ante quadringentos supra mille annos robur non accepit in ecclesia? Cur non inualuit? Cur non progressa est, ut certe nunc exorto Lutherio progrederit et inualet. Quid, quod iam per annorum centurias aliquot, anabaptistarum nomen à memoria hominum prorsus exhalauit, donec Lutheri nomen nuper audiri cœptū est. Quo mihi fit uerisimile anabaptistas ex Lutheri lacunis haufisse, quicquid errant.

*F*ed age dispiciamus, quibus machinis orthodoxos in anabaptistarū castra (si dījs placent) perpellant. Primus in aciem prodit Lutherus, in crimen uocans, quod rebaptizemus eos, quibus de dubium est baptizati sint, nec ne. Baptizamus eos, fateor, sed hoc conditinali proloquo: Si tu es baptizatus, ego te non baptizo: si non es baptizatus, ego te baptizo

D 2 inno-

mine patris & filij & spiritus sancti . An mox
censebitur anabaptista , quisquis hoc prolo-
quio baptizat eos , de quorum baptismate no
constat? Non dicitur iterari , quod nescitur esse
factum ; Neq; in nos heret anabaptistarum cri
men , si eum denuo ad baptismum recipimus ,
qui baptizatus fit ab eo , cui non fuerit animus
id conferre baptizando , quod solet conferre
ecclesia . Etiam ecclesia rebaptizat eum , qui fi
ctus accessit , non intendens id recipere , quod
confert ecclesia , si tamen fictionis illum peccati
teat . Ita si quis deprehendat quempiam bapti
zatum , sed inuersa baptizandi formula , non
erit anabaptistarum criminis obnoxius , si ta
llem de integro ad baptismum postulet . Neq;
hoc est proprie rebaptizare , sed omnium pri
mum recte baptizare . Nam quod perperam
fit in baptismi praesertim negocio , quasi infe
ctum iudicatur . Mera proinde calumnia est ,
quam nobis Lutherus struere conatur in reba
ptizationis uocula .

Nec hoc contentus , progrediens obiicit , q; qui
dam ex nostris rebaptizent eos latine , qui ab
ipsis uernacula lingua baptizati sint . Atque id
ab exemplo docet non minus festue scilicet q;
eleganter . Sicut , inquit , nouiter in Mulhausen
fecerat

fecerat grossum illud caput Lipzense. Donec
mus hæc, perperam factum esse ab illo, ut cer-
te donandum est, si hoc solo nomine rebaptiza-
uit infantes, quod lingua patria à Lutheranis
fuissent baptizati. Quia tamen fronte ex priua-
to unius facto, onines nos in anabaptistarum
factionem pertrahit: Scilicet hæ sunt sycophā-
tarum artes, quibus aliorum recte facta in su-
spicionem trahunt. Cæterum hoc orthodoxi
cuiusdam factum, quod hic Lutherus calu-
mniatur, Barth. Ususq[ue] uir ex æquo doctus
ac pius, iusta apologia defendit, haud obscure
significans impostores illos, quorum ni fallor
erat Tho. Muntzer, Oecolampadio non ita
ignotus, inuertisse baptizādi formulam, quod
Lutherus tacet, ad patriam linguam manife-
sta calumnia causam relegans. Hiç obiter ad-
uerte, tum demum inuerti baptizandi formu-
lam, cum sensus orationis immutatur, id quod
uerisimile est anabaptistas facere, quorum bo-
na pars Christum prophetam que impiam exi-
mum fuisse concedit, deum negat. Pulchre ue-
ro insaniam suam prodit, cum se perspectum
habere dicit quorundam ingenium, qui non in
aliud rebaptizent, quam ut Papæ stomachum
moveant, à cuius legibus libenter exorbitent.

D 3 Quæ

Quasi uero lege pōticia duntaxat cautum fir,
ne iteretur baptismus, Quorsum etiam hæc dī
cit. An ut nobis ista tam inuidiosa impingat?
Certe hoc instituti sui ratio postulare uidetur.
Verum non consistit, ut Papistē odio Papæ re
baptizent. Quanto igitur rectius siue ista ceci-
nisset, qui nihil non odiose comminiscuntur, ni-
hil non tentant, quo palam sit, eos Max. Pon,
autoritati oppedere.

Iam Brenczius, quidam Lutheri simius, tā
execrandæ impietatis suspicionem nobis co-
natur impingere, cui satius fuerat intra suam
se pelliculam continuisse, quām sic infeliciter
prodire in aciem. Si, inquit, omnino anabapti-
stas excarnificare decretum est, tum ijsdem
tormentis etiam Papa, & omnes eius sacerdo-
tes excruiciandi sunt. Nam illi permultos reba-
ptizant. Videlicet: Si puer recens natus, domi
urgente necessitate baptizatus fuerit à mulier-
culis, hunc de integro rebaptizant, Id argumē-
ti eadem responfione diluitur, qua prima Lu-
theri obiectio, quare hic parcior sum uerbis
ne crambe recocta nauseam lectori moueat.
Non enim nisi conditione interposta, à sacer-
dote baptizatur, ac tum demū, cum ambiguū
est recte secus ue baptizat? sit puerulus. Sed ca-
lumnia.

lumniatur conditionale proloquium: Quorsum, inquit, opus est sacerdotibus hoc additamentum. Nouerunt enim plane e muliercularum relatu baptizatos esse pueros. Respondeo: Baptismus, cum est necessitas, à nemine nō datur. At ea est nonnunquam baptizantiū laicorum conditio, ut merito in dubium reuoces, rite se cus ue baptizauerint. Iam insignis impudētiæ est, q̄ et diuum Cyprianū huius erroris autorē facit. Etiam Anabaptistarum, inquit, error & institutum Cyprianū ipsum cōmunem quasi autorem habet, qui in Carthaginensi synodo, habita deliberatione statuit rebaptizādos esse, qui baptizati fuissent ab hæreticis. Quis nō uidet, hoc illum dicere, quo & Cyprianū grauet inuidia, & anabaptistarum errorem subleuet? An uero eadem erat Cypriano causa rebaptizandi, quæ est anabaptistis? Sed nō dignabor hominem responsione, posteaquā non est ueritus, ueneno tinctum calatum in uirum multis nominibus inclytum, primum eloquentia, dein sanctimonia, postremo martyrio, strigere. Qui etiā si quid per errorem lapsus sit, tamē cessit, diuersum statuente ecclesia. Scilicet: Non iterandum esse baptismum, etiam si quis ab hæretico baptizatus sit, modo id facere in-

stituat, quod facit ecclesia. Cum enim Christus
autor sit baptismi, sacerdos nihil aliud, quam
alienæ liberalitatis administrator, non potest
boni autoris beneficiū, ministri uitio irritari
nisi tale sit uitium, qualia nos aliqua in superiori
ribus recensuimus. Etiam si Donatistæ contē
debant, malos Episcopos nihil agere baptizā
do, quātumcunq; in forma ecclesiæ baptizent,
sed rebaptizādos esse, qui ab illis baptizati fuisse
sent. Quo errore refellendo, D. Augustinus nō
parum deuorauit tādij. Quod autem in concil
lio Nicæno decretum est, ut si quis confugisset
ad ecclesiam catholicā de Paulianistis & Cata
phrygis, rebaptizaret, neq; casu neq; temere,
sed consulto decretum est. Isti enim hæretici,
quemadmodum & Bonofiani, nō baptizabāt
in nomine sacræ Triadis, utpote quam (teste
Grego.) non credebāt. Siquidem certabāt Ca
taphrygæ, spiritum sanctū hominem esse mō
tanum: Pauliani & Bonofiani Christum do
gmatizabant purum esse hominem, peculiari
tamen præ alijs gratia præditum. Quod cum
idem anabaptistæ faciant, mirum tādem, si ue
rum baptisma nonconferant?

Hæc ad splendidas Lutheranorū calumnias
responsa sint. Quod reliquum est, ostēdemus,
qui-

quibus autoribus, quoq; pacto, in eam animi persuasionem anabaptistæ uenerint. Id ita accipe, Exorto Lutherio, fides in cœlum usq; effteri copta est, quasi in hac sola sit felicitatis summa. Mox damnata est, quamlibet bonorum operum iustitia, Deinde damnata sunt uota Christianorum omnia: post hæc, indictum est bellum sacris, exacti sunt clerici e ciuitatibus, aut redacti in ordinem. Penes solos apostatas hæsit prædicandi functio. Atq; ita tandem per uicit sermo hereticus, occupauitq; auditorum animos, ut crederent: Sola fide saluari hominem. Legi cœpit uetus simul ac nouum testamentum, non sine luculento (quod deierare au sim) malo legentium, hac præsertim tempestate, qua maliciosi iuxta ac ignari scripturarum interpretes rudi popello contigere. Tametsi imperitæ multitudinis curiositas, quæ amans est fabularum, nouitarumq; affectatrix, istos mētium deceptores ultro sibi asciuit, qui audi tu prurientibus aures scalpant, animumq; præuis inficiant dogmatibus. Tum iactatum est, ueritatem plus mille annis sepultam, in lucem esse reuocatam: scilicet cerberum ab inferis. Et persuasione quadam scientię, quisq; sibi plædere cœpit, adeo ut balneatores & lotriculę nō

D 5 sint

sint ueriti dicere: Sacerdotes & monachos nihil scire sacrarum literarum, neq; ausos cum ipsis cogredi. Atq; huc profecit superbia, ut ne suis quidē ecclesiastis inferiores haberi uelint sacrarum literarum peritia. Quo fit, ut illorū doctrinam ne assis quidem faciant. Sed pro se quisq; sacra legit biblia, ac sensum sibi aliquem pro arbitratu & iudicio suo eruit: unde nouum dogma statuat, quo se populo uenditer. Atq; hac ratione factum est, ut dum quidam in sacrarum scripturarē lectionē inciderent, es sentq; aliquoties obuiū loci de fide, ædita sint paradoxa, conclusiones & auctaria, inter quæ hoc unum ac præcipuum: Nihil deo placere absq; fide comite. Ex hoc errore, alius prodijt, Neminem ad baptismum debere recipi, nisi ante profiteretur fidem catholicam. Lecta sunt interea Lutheri, Mel. Buczij, Brencij, Zuuinglij, Corolstadij, aliorumq; id notę hereticorū scripta, ex quibus hauriri possit, quicquid est anabaptistani erroris. Iuuit hanc fabulā Oecolampadius, posteaquam pestilens illud suum consilium de proferendo parvulorum baptisme, in uulgu spargere cœpit: Vnde nemo dubitet, an ab aptistas non nihil collegisse roboris. Vnus pacimontanus huius sectæ coryphaeus

phæus habetur, cū isti re ipsa nihilo leuius peccent. Quod dico, perspicuum magis fiet, ubi quorundam scripta pressius fuerimus contem plati, quæ hic ob oculos ponere uisum est.

Melanchthon cum in cæteris, tum uero in eo libellulo, quæ in anabaptistas scripsit, mordicus tenet nihil esse discriminis inter Ioannis et Christi baptismum, quin eundem esse quem administrarit Ioannes, & quo Christus sit usus, quoq; nos hodie omnes baptizemur. Hæc certe anabaptistarum causam non parum iuuat. Qui sic? Quia Paulus baptizasse legitur quosdam in Epheso, qui iam baptismum Ioannis acceperant. Quod si idem erat baptismus Ioannis cum eo, quem in Christi nomine Paulus tum contulit Ephesijs illis, quomodo tuebimur Apostolum non fuisse anabaptistam, qui idem illis tradiderit, quod ipsum antea acceperant? Hoc enim quid aliud est, quam iterari baptismum? Et tamen Buczius ad eundem impingit lapidem, addens, quod non minus falsum est, Ex hac causa fuisse rebaptizatos, quæ virtutem baptismi Ioannis, hoc est, gratiam spiritus ignorauerint. Atq; hoc (si deo placet) autoritate tuetur Hieronymi, cum ille nullam virtutem baptismi Ioannis tribuat, quin ad imat

imat potius. Verba Hieronymi sic se habent: Quicunq; dicit se credere in Christum, nō credens in spiritum sanctum, perfectæ fidei non habet oculos. Vnde in Actis apostolorum, qui baptizati erant Ioannis baptisme, in eum qui uenturus erat iterum baptizantur, imo uerum baptisma accipiunt. Quam hic uirtutem tribuit Ioannis baptismati? Si etiam idem sit baptismus Ioannis, qui Christi, cur de integro baptizati sunt, qui Ioannis baptisme baptizati fuerant, non item, quos homicida Iudas baptizasset. Causam expecto, quam si rogati reddere nolint, ad diuum Augustinum mihi ibo. Huic in causa est, quod Ioannes suū homicida Christi baptisma administrarit. An uero hæc arguunt, idem esse baptisma Ioannis & Christi? Si porro idem sunt, quomo^do non consequitur, non esse baptizandos par^uulos? Quando constat Ioannis baptisme non nisi adultos fuisse baptizatos? Erat enim baptismus pœnitentiæ, quam quis ignorat nō competere in paruulos? Sed quid multis opus? Ipse Baptista Christi baptismum à suo discernit, Ego inquit, baptizo uos aqua, Ille autem baptizabit spiritu sancto, his uerbis haud obscure significans, nihil se agere supra hominem.

Nem, quod hoc ad Christi baptismum sciret pertinere. Copiose hæc Augustinus tractat, tum alias, tum uero in Ioannem scribens, unde petat, si quis uolet exacti cognoscere. Hoc unum adiçere uisum est, quod ibidem in hæc uerba scribit: Baptizatus dominus baptizabat, non eo baptismo, quo baptizatus erat. Quo manifeste reuincitur aliud fuisse Ioannis, aliud baptismum Christi: ac per hoc non consistere, quod isti fingunt. Postremo si idem est baptismus Ioannis & Christi, cur non est ea dem utriusq; efficacia? Constans siquidem est orthodoxorum sententia, Christi baptismus peccata remitti, quod de Ioannis baptismate nemo cordatus dixerit. Nam quod prædicasse dicitur baptismum poenitentiæ in remissionē peccatorum, nolim sic intelligas, quasi illius baptismus remittendis peccatis destinatum sit, quin peccatores ad poenitentiam potius uitæ superioris invitabat, atq; istiusmodi baptismi sui præludijs ad Christi baptismus, quo uno fit peccatorum remissio, animos hominum præparabat. Huic fidem arrogat, quod apud Matthæum Ioannes dixisse legitur: Ego uos baptizo aqua ad poenitentiā. Proinde adiecta apud Lutæ particula, In remissionem peccatorū, poenitentiam

tentiam respicit, non baptismum Ioannis. Ea enim baptizandis, qui quidem adulta etate fuerint necessaria est, ut est Actu. 2. Hic Melanchthon, cum uidet se teneri medium, tamen hoc cresphygeto conatur elabi, ut dicat, eundem qui dem esse baptismum Ioannis & Christi, utroque idem significari & effici, sed differre in administratione: quod Ioannes in aqua tantum baptizat, Christus etiam spiritu. Verum id efficit, ut tota natura distent, quandoquidem tota baptismi ratio in administratione consistit. Neque aliter, quam ipso aquæ usu, ac uerbis legitime adhibitis perficitur. Neque enim sola aqua, sacramentum est, neque ablutio, quæ aqua fit, baptismus dicitur, neque uerba ipsa quæ sacerdos pronuntiat, sed ipsa aquæ ablutio cum adiunctis uerbis, sacramentum quod baptismus nobis dicitur, cointegrat. Quin hic mihi apertam Melanchthonis contradictione specta, Ioannes inquit, aqua tantum baptizat, & uerbum predicit, idem faciunt Apostoli: Christus autem dat spiritum sanctum, non tantum externum baptismus administrat. An non palam huic pugnat, quod libro hypotyposeson dicit, maiorem esse Christum Ioanne, adeoque Ioannis officio maius esse officium Apostolorum. Loquitur autem de

de baptismo, id quod titulus quoque indicat. Quo autem pacto maius est Apostolorū officium, si non aliud, quam Ioannes faciunt, hoc est, si aqua tantum baptizant? Prætereo, quantas hic absurditates si quidem uellem, colligere possem. Aliam audi uerborum illius pugnātiā. Cum enim in Hypot. pronuntiet, eos rectissime sentire, qui dicant Ioannis baptismū simpliciter esse mortificationis signum, Christi autem baptismum signum esse uiuificationis, q̄ addita sit illi gratiæ promissio, in libello tamen in anabaptistas edito, id discriminis dānat ac rejicit, fortiter negans Ioannis baptismā solius mortificationis esse signum, ut hic decetissime in illum cadat tritum uetusitate prouerbii: mendacem oportere esse memorem, do nari hoc poterat, fluxæ illius parumq; tenaci memoriæ, nisi in ipso etiam hypotypeon libro, in una eademq; pagella tam diuersa scriberet. Quod hic quoq; incusanda est memoria oportet illi esse memoriam omnium fugacissimam, et quæ nihil eorum, quæ percepit retineat. Sed ego nimis multa de re nihil. Cæterum & Lutherus habet, unde anabaptistæ sua confirmēt, imo quæ illorum negocio maxime faueant. Nam sunt omnino apud illum generalia quædam

dam pronunciata, quibus cauet, ne quid Christianus homo extra sacram scripturam recipiat. Ex his unum forte et alterum proferam. Nam alia alio mihi properanti dissimulanda sunt. Scribens in uota monastica, hec uerba ali quoties replicat: Quicquid debet fieri cū deo, expresso eius mandato fieri debet. Et alicubi scribit, non probare deum, nisi quod ille prece perit, ac prorsus fugiendum esse, quicquid scriptura nec præcipiat, nec consulat. In libro denique de abroganda missa, à diabolo esse non dubitat, quod ex scripturis autoritatem non habeat. Bis hic Lutherus ab anabaptistis suis armis interimitur. Nā si his Lutheri uerbis subiçiant, nullum expressum haberi mādatum de baptizādis paruulis, quod palam fatetur suus Melanchthon, an non potenter conficitur, nō esse baptizādos paruulos? Hic Lutherus cum suis ipsius uerbis stringatur, neque possit elabi, diuersum à superioribus pronunciat, scilicet: Nō op^o esse expresso scripturæ testimonio, sed satis esse, si scriptura diuersum non præcipiat. Multa hic prudens prætereo, quæ in aliud, ac magis opportunū tēpus prorogare uisum est. Ex his autem, quæ dicta sunt, prudens lector secum statuat, quos uelit potius anabaptistarē cory-

coryphaeos facere, papistas scilicet, an Luthe-
ranos. Nos aliud interim argumentum ingre-
dimur.

Siquidem alius est minime ferendus ana-
baptistarum error de communicandis facul-
tibus. Publicis enim receptisq; legibus de re-
rum diuisione rejectis, à Christianis exigunt ut
facultates totas in commune conferant, ac de
inceps bona sua habeant communia, denun-
tiantes illis æternæ damnationis periculum,
ni faciant. Quin eo uespernitæ quidam illorum
progrediuntur, ut etiam uxores communes
haberi postulēt. Quo quid possit esse obseceni-
us. Ea heresi sic olim quidā sibi perplacuisse le-
guntur, ut hoc nomine apostolicos se dicerēt,
quod bona sua in commune contulissent. De
his multa in Decretis Pontificum. Sic nulla fe-
re est hæresis, cui non curæ sit, ut se honesto ti-
tulo exornet ac uendit. Quemadmodum no-
stræ tempestatis hæretici, euangelij titulo se
uendant, cum nihil minus quam euangelium
obseruent. Sed hæc extra causam. Principio
hoc nobis statuendum est, licere Christianis
proprias facultates possidere. Quod si secus ha-
beret, exegisset utiq; Apostolus, ut à facultati-
bus Christiani discederent. Nunc permittit il-

E lis

lis rerum possessiones, permittit illos facultatē
tum suarum esse dominos, utq; ex his pro'ar-
bitrio dilargiantur eleemosynas. Etiam ex
uerbis Petri liquido fit cognitum, à nemine
hominum exigi, ut bona sua in commune con-
ferat. Manens, inquit ad Ananiām, manebat
tibi, & uenundatum in potestate tua erat. Et
Zachæum, cui in primis uotis erat, dimidium
bonorum suorū distrahere in pauperes, Chri-
stus commendat, haud probaturus hominis
propositum, si omnia illi semel effundenda fue-
rant. Regius quoq; propheta diuitias ac pos-
sessiones non prohibet, tantum cauet, ne his ini-
quo affectu inhærescamus, quod opum uolu-
ptatumq; sectatores faciunt. Cum etiam uetat
Apostol⁹, ne quis aliquid alterius desideret, an
non palam indicat, non omnia omnium esse
communiā: sed multa esse priuata, & singulo-
rum: Idem facit in posteriore ad Thessal. epi-
stola, in hæc uerba scribens: Obsecramus eos,
qui eiusmodi sunt, ut in quiete operantes suum
ipsorū, hoc est, proprium non alienū, panem
manducent. Ad hæc, cum diuitibus curat præ-
cipi, ne quid superbiant, neue confidant in in-
certis diuitijs, an iubet illos, à facultatibus di-
scedere? Quin hoc potius cauet, ne diuitijs ma-
gis

gis, quam deo fidant, ne congregandis coacet
 uandisq; diuitijs inhient: sed studeant diuites
 esse bonis operibus, faciles esse ad impartien-
 dum &c. An non Christus etiam permisit re-
 rum proprietate? Cum phariseis dixit, Quod
 superest date eleemosynam, nō illos iubet uni-
 versas opes semel effundere, conferre in com-
 mune, in communī uiuere, sed ut ex facultati-
 bus suis, quibus illos tenacius inhæfisse sciebat,
 conferant in pauperes. Iam quod Lucæ. 8. le-
 gis, mulierculas quasdam ministrasse Christo
 de facultatibus suis, satis argumenti est, rerum
 proprietatem nō displicuisse Christo, nisi quis
 uel exemplo uel amore Christi, rerum fluxa-
 rum possessiones ultro à se amandassem. His ac-
 cedit illud Salomonis, quod est in parcerijs:
 Bibe aquam e cisterna tua, & fluenta putei tui.
 Deriuentur fontes tui foras, & in plateas aquę
 tuę transeant. Habeto eas solus, nec fint alieni
 participes tui. Quorum hæc est sententia: V-
 numquenq; possessionum suarum dominum
 esse debere, ut nemo aliis communicator sit
 possessionis, ac dominus, uerum ex his dilar-
 giendum esse egenis, quantum usus nostri pa-
 tiantur. In hanc sententiam nisi uerba accipias
 pugnabunt ex diametro. Porro eam senten-

E 2 tiam

tiam iuuat, quod iuxta septuaginta æditionem
superioribꝫ adiicitur ἡ πτ̄ηγί σου τοῦ ὑΔατος ἐσο
σοι Ἀλια, id est, fons tuus aquæ sit tibi proprius.

Sed age uideamus, quibus basibus dogma
suum anabaptistæ fulciant. Obiciunt legem
naturæ, quæ omnia sint communia. Verum
hanc perperam intelligunt. Quasi natura ius
fecerit omnibus in omnia, cum in sensu nega-
tivo potius accipiendum sit, quod dicitur, eo
nimirum: *Quod ad legem naturæ pertinet, nul-
la est rerum proprietas, nulla est rerum diui-
sio, hoc est, naturæ lex non distribuit agros,
fundos, prædia, uxores: ut quis uere dicat, hoc
præmium natura mihi dedit.* Verum partim
præcepto ac iussu dei, cuius est terra & plenitu-
do eius: partim hominum consensu, potesta-
tisq; decreto facta est rerum diuisio: legeq; cau-
tum, ne quis deinceps rebus alterius, perinde
ut suis uteretur. Atq; hoc ipsum natura quoq;
cauet. Ergo nullius mometi est ista collectio:
Natura non distribuit agros, prædia, latifun-
dia, & id genus fortunas. Igitur omnibus po-
testatem fecit in omnia. Etiā si sciam, Socrate-
m in commenticia illa sua repub. in qua de
rerum uxorumq; communiōne suauiter nugat,
omnibus ex æquo ius fecisse, in omnes fœ-
minas:

minas: uel hoc nomine, quod natura non distribuisset uxores. Evidem fateor hanc non statuere, quam quis uxorem habeat, tamen ex hoc non conficitur, uxores communes esse debere, posteaquam mutuo consensu facta est certa astricta^{qz} personarum coniunctio. Superiori argumento, hoc forte Pythagoricū addent: Amicorum omnia esse communia. Verum quid hoc ad legem naturæ? Ad amicitiæ ius pertinet, ut sit inter amicos quædam facultatum communio. Facultatum inquam, nam hoc Pythagoræ uerbum, astrictius accipi conuenit, ut intelligas omnia esse communia, quæ quidem lege nō excepta sint, ne quis hinc uxorum quoqz communionem perget inducere, id quod Clemens Papa uisus est facere, si modo ipsius est epistola, quæ illius nomine prodidit. Communis inquit, uita fratres, omnibus necessaria est, ihs maxime, qui deo irreprehensibiliter militare cupiunt, & uitam apostolorū volunt imitari. Communis enim usus omnium, quæ sunt in mundo, omnibus hominibus esse debuit, sed per iniquitatem alius hoc dixit esse suum, alius istud. Et sic inter mortales, facta est rerum diuisio. Deniqz græcorum quidam sapientissimus hæc ita esse sciens ait: Commu-

E 3 nia de

nia debere esse a micorum omnia. In omnibus autem sunt sine dubio & coniuges. Hactenus epistolæ uerba. Verum quis sit tam stolidus, ut sanctissimum virum, scripsisse credat quæ palam pugnant cum Euangelio?

Deinde exemplum Ananias proferunt, apostolorum, eorumq; qui initio nascentis ecclesiæ, omnia contulerunt in commune, ut est uidere Actorum 2. capite : Omnes (inquit Lucas) qui credebant erant pariter, & habebant omnia communia. Item 4 capite : Multitudinis credentium erat cor unum, & anima una: nec quisquam eorum, qui possidebant aliquid, suum esse dicebant, sed erant illis omnia communia. Nec quisq; egens erat inter eos . Quotquot enim erant possessores agrorum, aut domorum, uidentes adferebant precium eoru: quæ uendebant, & ponebant ante pedes apostolorum. Diuidebatur autem singulis, prout cuiq; opus erat. Joseph etiam, qui cognomina: tus est Barnabas, cum haberet agrum, uendidit & attulit precium & posuit ante apostolorum pedes . Respondeo : Nos de præcepto disputare . Neq; enim hoc inter nos controuersum est : An possit alicubi inter Christianos talis facultatum possessionumq; cōmunicatio, fieri

fieri, qualem in primitiua ecclesia fuisse liquet.
Verum hoc est thema: An præceptum sit à fa-
cultatibus discedere, & in communi uiuere.
Quod isti fortiter quidem adserunt, uerum ex
adductis locis non probant. Quod Lucas scri-
bit, simplex est narratio rei gestæ, in ipsis nascen-
tis ecclesiæ primordijs, ita omnes ad similia in-
uitans, ut nulli necessitatem iniungat. Quem-
admodum non sequitur, nobis cœlibe uiuen-
dum esse, si quidam cœlibes uixerint. Ergo nō
est præcepta, ac per hoc non necessaria illa fa-
cilitatum communio, sed libera, spontanea, &
cuiuscq; permittenda arbitrio, qualem tum fu-
isse legimus. Sed certant, hoc illos fecisse præ-
cepti necessitate adactos. Vnde uero probant
necessitatem: Ex horrēda Ananiz, Saphiræq;
morte? Verum hæc non arguit obligationem
aliquam, cum Petrus aperte dicat, futuram fu-
isse pecuniam in ipsis potestate, etiam post
fundum uenditum: quin fraudem & menda-
cium arguit. Nam cum ultro consensisset Ana-
nias, facultates suas in commune cōferre, frau-
dem negotio admisquit, furtim detrahens pre-
cipi portionem aliquam, idque conscientia & ap-
probante uxore.

Iam & illud euangelij proferunt: Omni pe-

E 4 tenti

tenti tribue. Primo, cum id uerbi non postuleat ut rebus distractis discedamus à possessionibus, imo cum dare iubeat potentibus egenis, permittit utiq; rerum fluxarum possessio[n]es, ex quibus suppetat, unde largiamur. Atq; his fidem facit, quod mox adiungitur: Et si quis collat quæ tua sunt, ne repetas. Vides hic terū proprietatem, quam Christus à Christianis non submouet. Est cui uideatur esse hyperbole, quo tropo Christus mentes auaritiae deditas, ab auaritia reuocet. Quod si quis fixius inspiciat. 6. Lucæ caput, nullus est istic de auaritia sermo, sed imaginē seruator proponit per sectæ dilectionis, ac iubet ut omni petenti, id est, tam inimico quam amico demus, atq; de omnibus bene mereamur. Quiduis autem potius illic facit, quam ut rerum distractionem præcipiat. Neq; enim ita nobis diuinæ literæ charitatis officia iniungunt, ut rerum nostrorum dominium adimant. Palam igitur est, anabaptistas his Christi uerbis abuti, cum ea ad talem rerum communionem detorquent, qua ciuilis ordinatio de rerum diuisione perturbatur. Deinde, non dicit: Da omni petenti quicquid à te petierit. Et is enim dat, qui uel in iuste uel stalte petentem correxerit.

Muni.

Muniunt præterea rerum communionem illo Lucæ 18. Omnis, qui non renunciauerit omnibus quæ possidet, nō potest meus esse discipulus. Verum hoc affectum potius, quam censum respicit. Sat est enim eis, qui communē uitam in religione monastica professi non sunt, si animo renuncient, id est, diuitijs non afficiantur. Cæterum licebit Christianis querere, emere, componere, & augere possessiones, modo faciant sine cupiditate, fraude, dolo, alijsq; non probandis artibus, quibus ijsere utuntur, qui præter opes nihil pensi habent.

Postremo, etiam hunc euangelij locum, Vade & uende quæcunque habes, & da pauperibus &c. in medium proferunt. Sed irrito conatu, quod mox ostendemus: Sunt igitur quibus placet, hoc Christi uerbum, consilij esse non præcepti. Verum utcunque sit, nihil hinc anabaptistæ patrocinij habent. Nam si consilium est, conuenit esse liberum, proinde neminem cogit, facultates deserere: si præceptum, non potest nisi priuatum, seu personale esse, proinde eos duntaxat stringit, qui in eo rerum statu sunt, quo tum fuit adolescens ille, qui affectu quodā deprauato, ita hæsit opibus, ut hunc exuere non posset, nisi simul abiectis possessionibus.

nibus. Itaq; Christus cū iubet, ut distractis fortunis suis in pauperes, redeat, sub unius persona mederi studet omnibus, qui simili affectu tenebentur. Certe Melanchthon ita locum expediet, ut dicat præceptum esse personale, id est, quod ad personam adolescentis propriam, non ad omnes ex æquo pertineat. Atq; hanc interpretationē putat esse simplicissimā, qua Christus ab adolescentē exegerit, ut (quia nisi abiectis possessionibus, in quibus omnē iam fiduciam collocauerat, saluari non posset) facultates distraheret in pauperes, ut sic expedit & liber Christum sequeretur. Eam interpretationem non est animus refellere. Hoc operæ pretium potius reor ostendere, quam nihil sibi constet Melanchthon. Nam quod hic vult esse præceptum personale, non communē, libro hypotyposēon cōtendit ad omnes Christianos ex æquo pertinere. Atq; hinc sit, ut quod hic de abiectis possessionibus, istic de exuēdis duntaxat diuitiarū affectibus interpretetur, id pugnātiæ malitiose affinxerim homini, nisi in ipsius scriptis non secus reperias. Vide uero quā contorta, & male quadrans (Non enim dicam q̄ ridicula) sit hæc uerborum exegesis. Vade uende, da pauperibus, id est, tantum ex quo affectum diuitia-

diuitiarum, paratus si res postulet, omnes facultates relinquere, & erogare in pauperes. Si hoc seruator uoluit, quorsum attinebat, hunc inhortari, ut abiret res suas uenditum, distraetōq; precio in pauperes, rediret. Deinde palā reclamat, quod adolescens auditis Christi uerbis, deiecto mœstoq; animo discessisse dicitur, animo æquior forte futurus, si solus illi diuitiarum amor interdictus fuisset. Proinde quod dicitur, non ad solum affectum seu rerum contemptum, quin etiam ad externam ipsarum facultatum possessionumq; abdicationē pertinet: cuius ipsa quoque literæ circumstantia, documento esse possit. Tantum aduersus rerum communionem.

Supereft uidere, qui tandem huic tam stufo errori fenestram aperuerint. Et quidem pertulantissime debacchatur in monachos sycophantā quidam Brenczius, causam phanaticū huius erroris, malitiose illis affingens. Cum certum sit illos neq; publice neq; priuatim unquam docuisse, omnes omnium facultates, communes esse oportere. Quis unquam audiuit à monacho, ad rerum communionem adiungendos esse Christianos. Quin liberum faciunt, si quis hoc uitæ genus uelit amplecti, dēq; rerum

rerum suarum possessione discedere , ac de-
inceps sub communi dispensatione uiuere .
Quod cum iste improbat , non interim uidet ,
quam quā nobis impingit calumniam , in apo-
stolos recidere , apud quos rerum communio
nem fuisse constat , sed ut neminem impelle-
rent , res suas diuendere , & precium in usum cō-
munem deponere , nisi quis hoc sua sponte fa-
cere uoluisset . Quod cum ita habeat , statuat
hic secum calumniator iste : Vtrum nos cum
apostolis damnare uelit , an absoluere . Si illo-
rum probat factum , quorsum causam nostrā ,
quam cum illis habemus communē , damnat .
Aut dicat ; Cur nobis uertēdum sit uitio , quod
in illis laudatur . Quis uero non uidet , quām
splendido mendacio anabaptistarū causæ nos
commisceat . Isti constanter adserunt , rerum
communionem esse præceptam . Nos fortiter
inficiamur . Quod isti faciunt , nullo exemplo
honorū duntaxat uirorū faciunt . Nos quod
facimus , exemplo apostolorum tuemur . An
non pulchre nobis constat , cum nos negamus ,
quod isti adseuerant ? Quanto uerius hæc cul-
pa in suæ farinæ homines reīci poterat . Quo-
rum est Lutherus qui alicubi scribit : Vendere
& relinquere omnia non est consilium , sed ne-
cessa

Cessarium mandatum. Et Melanchthon cum
in libro Hypotyposeson uota monastica sug-
gillans scribit, paupertatem euangelicam ab
omnibus iure diuino exigi, adeoq; non tan-
tum pertinere ad monachos, quid aliud à Lu-
thero docet? Certe hic non confitit collatio,
nisi de ea paupertate sermo sit, quam professi
sunt monachi. Alioqui quorsum conat, hisce
uerbis extenuare professam à monachis pau-
pertatem. Hoc enim promittit titulus, maius-
culis præfixus literis. An uero paupertas spiri-
tus, quæ omnibus ex æquo præcipitur, mona-
sticam extenuat? Quod si omnino neget se de
ea loquutum, quæ monachis est propria, quor
sum attinebat negare eam, quæ omnibus Chri-
stianis præcepta est, ad solos pertinere mona-
chos? Quasi uero nos profiteamur paupertä-
tem, quæ ad omnes ex æquo pertinet. Omni-
bus præcipitur, ne iniquus diuitiarum amor
cuiusquam animo infideat, ne quis fidat opis-
bus, quibus fisis adolescens, ægre accepit Chri-
sti uerba, monentis ut fortunas suæ in paupe-
ties distraheret: nequaquam desponsurus ani-
mum, nisi tam alte radices egisset φιλαργυρίας.
Ergo de ea paupertate Melanchthō loquitur,
quæ possessiones non contemnit. uerum etiam
abjectis

ab̄iicit & in commune confert. Omnia au-
tem falsissimum est, ac plane anabaptisticum,
eam diuino iure ab omnibus exigi.

Est alius anabaptistarum error plane sedia-
tiosus, quo negant licere Christianis, obire of-
ficia magistratus, exercere iudicia, animaduer-
tere insolentes, sed quenq; suo arbitrio debere
uiuere: ut domino suo stet, aut cadat. Hunc er-
rorem, cum sit luculentissimus, non est animus
multis refellere. Quotusquisq; enim ignorat,
Christum non ademisse gladium principibus,
sed dedisse potius. Omnis inquit, qui acceperit
gladium, gladio peribit. Et Baptista, cum mo-
net milites contentos esse stipendijs suis, publi-
cum munus, quod illis mandatum erat, plane
approbat. Apostolus item prophetae potesta-
tis autoritatem comprobat, tu alias, tum no-
minatim Rhoma. 13. Quo loco ijs, qui Rhomę
Christum essent professi, præcipit principum,
licet ethnicorum, autoritatem ne contemnāt,
sed illis, utpote dei ministris obtēperent. Idem
Petrus apostolici ordinis facile princeps mo-
net Christo initiatos, ut regibus ac præsidibus
pareant. Quod si tergiuersentur, apostolos lo-
qui de magistratu ethnico, cui tum à Christia-
nis obtemperari conueniebat, ne scandalum
præbe-

preferent, si uiderentur reipublicæ statum perturbare. Quæro: An inter Christianos, aliter seruari possit tranquillitas? Quod si palam est, fieri non posse, sequitur opus esse magistratis bus, qui metu mali, scelerosos cohibeant. Quo magis miror, quid anabaptistis acciderit, ut aduersus perspicuam ueritatem, contra tam clara scripturarū testimonia, ausi sint nouum & inauditū dogmatis genus orbi Christiano inuehere. Nam quod dicunt, Non esse resistendum malo, istiusmodi est, ut caueat, ne quis animo ulciscendi, seu priuata vindicta malum malo repensem, non ut iudicibus suas partes auferat, quas ita demum agunt, siuim & iniuriam à ciuibus arceant. At omnium maxime sycopiantiam demiror eorum, quibus cum totam huius seditionis erroris causam acceptam referri oporteat, tamen nos fugillant, qui cum anabaptistis sentiamus. Nam in decretis consiliabuli Marpurgensis, sub paragrapho, De magistratu, plane nos cum anabaptistis coniungunt, scilicet leones (quod proverbio dicitur) cum uulpiibus manifeste declinantes in nos odium suum, eo interim dissimulato, quod inter ipsos est inexorable. Neq; me clam est, quo id consilio faciant; nimirum ut animos cum utilgi

uulgi, tum uero principum, in odium & obtre
ctationem nostri semel inflammat. Sed per
gant, quādo ita tūsum est, fortiter mentiri, stre
nui isti milites in hac præsertim acie nihil non
experiantur, deniq; omnes artes suas nobis in
tentent. Videbunt à nobis esse uictoriā. Obar
mabimus nos atq; tuebimur, primum con
scientia recti, dein totius orbis testimonio, po
stremo & hoc nomine nos solabimur, quod
hæretici sint, adeoq; pessimæ fidei homines,
qui ista in nos moliuntur. Certe Brenczius hu
ius criminis suspicionem nobis conatur im
pingere, quo improbis artibus capita nostra
in discrīmen adducat. Si ideo, inquit, anabapti
stæ tollendi sunt e medio, quod magistratibus
parere nolint, iamdudum à religiosis, nempe
sacerdotibus et monachis incepturn oportuit.
Siquidem religiosi, qui hactenus præ alijs hoc
nomen obtinuerunt, omnium maxime huic
culpæ sunt obnoxij, posteaq; non minus hac in
re errauerunt, quam anabaptistarū colluies.
Hoc ut probet bipes iste asinus, syllogismum
nobis struit, quatuor ingredientem pedibus, si
quis argumenti vim sagacius excuriat. Sunt e
nim, inquit, illi ipsi qui docuerūt, nullius religio
si interesse, ut penali iudicio morti quenquam
adiudi

IN ANABA. ERRORES. 81

adiudicet, aut de sanguine ferat sententiam. Quid uero hoc aliud est, quam omnibus Christianis, magistratus officijs aut functionibus interdicere? Posteaquam omnes γνωσιουες Christianos, religiosos esse oportet, neq; magistratus functio citra sanguinis effusionem administrari possit. Habet hic, plusquam scurrilem impudentiam, qua nobis in religionis uocabulo conatur calumniam struere. Quod nemo nescit fuisus accipi, cum commune est epitheton Christianorum omnium, pressius aliquato, cum clericis & monachis tribuitur. Christiani ob communem fidem & cultum dei, religiosi dicuntur : clerici & monachi ob uitæ genus astrictius. Quod utinam non tam illis nomen inuideat, quam optet illos esse, quod audiunt, nec abesse à titulo suo: quod multo religiosius faceret, quam quod flagrat inuidia nominis. Sane si sic agere licet multa profecto sunt, quæ hoc negocio affingi nobis possunt. Dicim⁹ religiosis interdictam essereturum proprietatem, indictam cœlibem uitam. Cui si Brencianæ dialecticæ peritus aliquis subiçiat, Omnes Christianos esse religiosos, quid aliud confecerit, quā nos autores esse Christianis, ut abiectis uxoribus & possessionibus cœ-

F libem

libem ac pauperem uitam ducant? Sed proprius ad argumentum. Docemus religiosos, hoc est, eos qui sacratioribus dicati sunt officijs, à prophanis functionibus, & id genus labyrinthis, oportere quām longissime abesse. Proinde nec gladio eis uti liceat, nec in causa sanguinis pronuntiare sententiam. Quām iniustum esset, illos bellicis negotijs, aut alijs secularis uitæ molestijs implicari, quorum est deo offerre uitimas? Sacerdotes dei incruēta mysteria contrectant, & pronuntiabunt in causa sanguinis? Auersatur dominus eorum uitimas, quorum manus plenæ sunt sanguine. Et David nonne ab ædificatione templi arcetur, uel hoc nomine, quod multum effudisset sanguinis? Conuenit itaq; clericos quos totos diuinis addictos esse oportet, ab huius uitæ negotijs & occupationibus eximi. Pergit docere querulus iste, nos eosipsoſ esse qui nullo iure iurando, aut sponsione, aut alio quouis ciui- li onere, cum alijs communiter ferendo unquam in magistratibus obstringi sustinuerimus: idq; nullo aut permisu, aut fauore magistratus factum esse, sed propriæ uolūtatis ductu ac libidine. Hoc quoniam splendidum est menda cium, non liber refellere. Habitum est hoc honoris

noris consecrationi, & professioni monasticę
 à pontificibus, monarchis ac magistratibus,
 nec reclamante, imo applaudente populo, ut
 clerici ac professi à rigore prophani iuris im-
 munes sint, quo se totos diuinis addicāt. Atq;
 eius rei produci possent diplomata pontificū
 & monarcharum, tametsi non defint, quibus
 uideantur religiosi, hisce diplomaticis aduer-
 sus monarchas, episcopos, magistratus, & po-
 pulum, deniq; aduersus se metipos supra mo-
 dum armati esse. Verum his se potius tuentur,
 aduersus quorundam tyrannidem & uiolen-
 tiā, quos totos in hoc esse uideimus, ut reli-
 giosos pro libidine opprimant, dum tandem
 redigant in ordinem, quod ne gentes quidem
 idolorum sacerdotibus facerent. Ac ne uiuam-
 si non unus Pharao plus honoris habuit Ae-
 gyptiorū sacerdotibus, quam Christiani prin-
 cipes & magistratus, per paucis exceptis, suis
 habeāt. Nam nullos dicere, religio est. Et quor-
 sum illos attinet inhortari, ut resignatis diplo-
 matibus, seipso uelut exarment? An ut omni-
 um iniurijs pateant?

Iam quod incessit Brenczius, ecclesiæ præfi-
 des anathematis fulmine compescuisse magi-
 stratus, si quando clericos adigere uoluissent

ad capessendam rem publicam. quis nō uidet,
hoc illum absq; causa calumniari uoluisse? Fe-
cerunt hoc proceres ecclesiarū, fateor, sed opti-
mo iure. Aut doceat aduersarius, hoc illos nul-
lo iure facere potuisse. Cur deuouendi nō sint,
qui uiolentiam inferunt? Quin hic mihi tech-
nias hominis cōsydera, qui cum propriam sen-
tentiam proloquitur, tamen nos loquentes fa-
cit. Neq; inquit, à ueritate discrepat quod utri
que, hoc est, tam papistæ, quam anabaptistæ
hac in re adfirmant: Nō licere Christiano, uti
gladio. Verum neutra pars sane interpreta-
tur, sed plane falso ut pleraq; omnia. Mox su-
am interpretationem adjicit: Scilicet Chri-
stianum, ut Christianum non posse uti gladio,
cuius nimirum fit, humilem esse ac mitem, &
qui non grauatum ignoscat. Ostendat nugator
iste, ubi nos doceamus, Christiano non licere
uti gladio. Sed neq; glossam recipimus, quan-
do extra cōtrouersiā est Christianos aduersus
infideles pugnare, quatenus Christiani sunt.
Quod si neget, illos hoc nomine pugnare ad-
uersus Turcas & Rhomæos, ipse nobis cau-
sam dicat, quam mobrem hoc faciant. Sed etiam
atq; etiam uideat, ne dum causam uult redde-
re priuatos affectus admisceat. Neq; enim hic
quæri

IN ANABA. ERRORES. 85

Quæritur, quid priuato affectu singuli faciant, sed quid omnes communiter mouere debeat. Hic uelit nolit dicere cogitur, fidem Christianam in causa esse. Proinde nihil obstat Christianitatis titulus, quo minus gladio illis utiliceat. Ergo nos non docemus, Christianis interdictum esse armorum usum, quod Christiani fint. Neq; dicimus: Non illis licere belligari. Tantum precandum, ut deus sua potentia aduersarios deiçiat, quod Pomeranus docuit, scribens in psalmum 58. Etiam nos non aspernamur potestates, id quod Lutherus facit, monens Christianos ne potestati pareant, si illos iubeat apparare arma in Turcas. Expectas causam: Docet non licere Christianis, ut Turcas bello impetant, neq; ut se tueantur aduersus illorum violentiam, etiam si Christianis bellum exitiale inferant. Neq; ignoro illum iam pridem uela uertere. Scio, scio, quam nequiter alibi excuset. Scilicet tantisper se uetusse pugnam in Turcas, dum uita in melius commutata, in timore dei tandem illis congrederemur. Nos uel ex ipsis verbis conuincemus, aliud illum uoluissimini miru Christianis ut Christiani sunt, in totum interdictum esse ius bellandi. Plane enim nos Christianæ māsuetudinis ad-

F 3 monet,

monet, cui non liceat ultionem sumere de hostibus. Quin ad naturæ doctrinam(si dijs placet) nos prouocat, quæ ius bellorum prorsus ignoret: imo quæ uetet, ne populus populum libertate spoliatum seruituti subiçiat. An non hinc perspicuum euadit, Lutherum in hoc tumultu fuisse, ut doceret Christianis uel hoc maxime nomine, quod Christiani sunt, non licere aduersus Turcas arma sumere, ac lōge eos abesse à perfectione euangelica, qui diuersum fecerint. Eam fuisse Lutheri sententiā, nec Brēczius negare possit. Quorū autem nos admonet Christianæ mansuetudinis? Crudeles certe fuerimus, si oppugnante nos diaboli mācipio, ingenuitatem nostram illato bello non tueamur. Oportebat hic Lutherum meminisse fratrem fraternæ charitatis, cuius nos admonuisse magis certe attinebat. Ea autem exigit, ut frater fratrem ab aduersario liberet. Christiana mansuetudo priuatos moderatur affectus, iram, cupiditatemq; vindictæ. Charitas publicæ salutis respectu sontes punit, innocentesq; tuetur ab improborum iniuria & uiolentia. Quod de lege naturæ cauillatur, quis non uidet longe secus habere? Verat illa quidem, ne populus populū ditione aut facultatibus ejiciat: uictas

uetat ne libertate spoliatum , seruituti addicat nihil cōmeritum . Verum lex charitatis , quæ naturam non abolet , quin perficit , docet arcenos esse improbos , ne bonis noceant . Quod cū manifestum sit , sedulo moliri Turcam devostum Christianorum hostem , ut illos facultatibus ac libertate spoliatos , in seruitutem simul & diuersam religionem asserat , referre putare rim Christianæ tranquillitatis , libertatis postremo & pietatis studiosorum , ut sumptis armis aduersario occurrant . Sed ita uisum est deo , inquit , nostris sceleribus offenso , ut ad emēdandos nos aliquantis per abutatur barbarorum immanitate . Proinde illorum incursum legitimo bello depellere , est resistere deo , castiganti nos per illos . Sed si ideo non licet Turcis infistere , nec in morbis licebit accersere medicos , quod deus & morbos immittat purgandis suis . Nonnunquam & satanæ malitia ad idem abutitur , cui tamen iubemur resistere . Fas est ergo & Turcas depellere , si quando potestas præcipit . Iam aduersus calumniantem suemur famam , id quod licet concessis rationibus : & animas nostras non tuebimur aduersus satanæ organum ? Certe hac ratione , non licebit deprecari poenas & flagella , ne videa-

mur uoluntati dei obſiftere. Quinetiam abo-
horrere peenas à deo inflictas, quamlibet natu-
ra acerbæ fuerint, peccatum erit: quod Luthe-
rus facile concedit, ut qui alicubi audacter pro-
nuntiet: Animas in purgatorio fine intermis-
ſione peccare, quām diu querant regem, & pœ-
nas horreant. Et ut ad institutum proprius ac-
cedam. Qui in totum adimunt Christianis ius
belli, idem magistratibus oportet ius adimāt
puniendi nocentes, cum nihil aliud sit bellum
legitimum, quām punitio multorum per mul-
tos. Quod si Lutherus non uult potestatum le-
gumq; contemptor haberi, quorsum negat,
prophanis potestatibus parendum, nisi iuxta
scripturæ diuinæ regulas præcipiant. Cum Pe-
terus uelit Christo initiatos, ethnicis magistra-
tibus obtemperare. Quod idem facit Paulus
Rhomanorum 15. Constat autem illos nulla
præcipere, quæ legis sunt, sed quæ in rem sunt
politiae & reipublicæ. An non contemnit le-
ges, qui negat rempublicam legibus feliciter
administrari? Qui negat, Christianum ullis
addictum legibus, nisi diuinis? Qui docet o-
mnia ex synagoga satanæ proficiisci, quæcunq;
extra scripturam sacram præcipiuntur? Qui
negat neq; papæ, neq; episcopis, neq; ulli homi-

num ius esse unius syllabæ constituendæ super Christianum hominem, nisi id fiat eiusdem cō sensu: Statuat secum quisquis uolet, num contemptæ potestatis reus sit, qui singit præceptū esse Christianis, ut omnes omnibus semper, & in omnibus obedient. An non ad istum modum, omnia in confusione in redibunt et circulum, nimirum ordine, publicaç; tranquillitate perturbatis: Scilicet, Nō est hoc potestatibus autoritatem detrahere, si quis omnibus æquū ius faciat, ut quodlibet à quolibet exigant. Fator humilitatis & charitatis esse, omnibus se se submittere, omnib^o inseruire & obsequi usq;^z ad aras (quod dicitur) id est, quaten^b licet inoffenso nomine. Nam huius diuinæ literæ nos admonent. Et Paulus ipse fecisse legitur iuxta illud: Omnia me seruum feci. Verum ut omnes omnibus, & in omnibus obedient, quæ uspiam scriptura præcipit: Aut locum proferrat hereticus, qui præcipiat, ut superiores subditis uicissim obedient. Deniq^z Brenczius, qui sic debacchanter in monachos inuehitur, non ne magistratibus admittit ius gladij, aut restrin git saltem, negans illis ius esse occidendi hereticos, ob solum hereseos crimen, si alioqui inculpate uitā exigant coram mundo, nihil pec

F S cantes.

cantes in ciuiles constitutiones, addens illos
anumeris sui terminos excedere, falcemq; in a-
lienam messem, quod dicitur, mittere, si hære-
ticos afficiant suppicio? Sed de hoc aliàs co-
piosius differemus. De Oecoläpadio et Zuuin-
glio quid attinet dicere? Ferūt isti potestatem,
quatenus licet illæsa pietate, hoc est, incolumi
ipsorum doctrina plusquam impia, aduersus
quam si quis forte hiscere audeat, si senator
est, mouetur magistratu: si e media plebe, adi-
gitur in carcerem: si canonicus, depellitur à col-
legio: si monachus, ciuitate exigitur. Non fe-
xunt itaq; magistratum, nisi qui ipsis consen-
tiat, quicquid uel dixerint uel fecerint. Hocci-
ne est potestatibus obtemperare? an à potes-
tatibus sibi potius obtemperari uelle? Quan-
do isti, pontificum & episcoporum potesta-
tem agnoscerent? Habes iam, quibus autori-
bus acceptum referri oporteat, quicquid publi-
ce potestatis contemptu anabaptistæ peccant.
Eant nunc, & orthodoxos in suspicionem uo-
cent, qui dissimulanter anabaptistarum erro-
ri faueant. Pergant (si ita liber) illorum cau-
sam cum anabaptistarum causa coniungere.
Sed etiam atq; etiam uideant, ne dum conan-
tur facere, sycophantiam suam orbi magis ac
magis

magistestatam faciant. Hęc fere dicere habui,
de potestate agnoscenda.

Superest de iureiurando præstanto publi-
cis potestatibus, differere. Quod anabaptistæ
in leges iurare recusant, quod nolunt ullo iura-
mento potestatibus sese obstringere, partim
in causa esse uidetur, quod potestatem in Chri-
stianismo non agnoscent: partim, quod lege
cautum existimant, ne quid omnino Christia-
nus interposito iureiurando pollicetur. Quā
sententiam omnibus, quod dicitur, unguiculis
tenent, tamq; religiose obseruant, ut eum da-
mnent uiolatæ religionis Christianæ, qui exi-
gente magistratu iuslurandū præstiterit: quod
miror cur faciant, maxime cum iuramentum
ex se, neq; malum sit, neq; Christus in totum
uetuerit. Licere etiam ex causa, aliquid inter-
posito iuramento uel asserere uel promittere,
facile fuerit ostendere. Principio, ipse domin⁹
Geñ.22. Psal.51.88.109. deniq; apud prophetas,
Esaiä 44.56.62, et Hier.22.44.51. interim per
dexteram, interim per animam suam, interim
per semetipsum iurasse legitur. Quod nequaq;
facturus fuerat, si per se malum esset iusluran-
dum. Ut etiam nos iuremus, ipse nobis impe-
tiosus est autor Deute.6.10. Exod.22. Tum an-
gelos.

gelos iurasse legimus Dani. 12. Apoc. 10. **Q**uod si omnino ueritū est, ne iuremus, cur iurat Mo-
ses, cur idē facit Iacob, cur etiam ausus est Da-
uid. Et Paulus non uno loco iurat. **Q**uin etiam
sunt inter exempla, quibus laudi datū est, quod
iuramento se astrinxissent diuinis reb⁹, id quod
psal. 131. de propheta David legere licet. Etiam
laudantur in sacris literis, qui id præstāt, quod
interposito iuramento se facturos promittūt:
ut est uidere psal. 14. **V**t contrā uitio quibusdā
ueritur, quodrupto iuramento promissa non
seruent, 1. Mach. 6. Ex his itaq; liquet, iuramen-
tum simpliciter non esse prohibitum: sed quod
sit exclusis iuramenti designatis comitib⁹, ni
mirum ueritate, iustitia, & iudicio. **Q**uo pacto
Hier. docet esse iurandum: **I**urabis (inquit) ui-
uit dominus in ueritate, in iustitia & iudicio.
Quo secus habet apud eos, qui subinde peie-
rant, insignia mēdacia, interposito numine ro-
borantes: qui item ficte iurant, aut pro re iniu-
sta, aut sine iudicio, hoc est, temere ac leuiter, ut
nunc passim uulgas deierat pro rebus leuicu-
lis, nulla iurisiurandi ratione habita.

Iam ex eo, quod scopus est iuramenti euin-
citur, nō esse illicitum. Porro scopus iurifiuran-
di, cōfirmatio est ueritatis, adeo ut quidam fi-
niant,

niant, iufurandum nihil aliud esse, quam uehementem quandam ueritatis confirmationem. Proinde ut non est malum, quod uerum est ad ferere, ita non est illicitum ueritatem iuramento confirmare. Inde & scripturæ diuinæ iuramentum comprobant, quod firmandæ ueritati fit.

Ad hæc. Iuramentum quod fit interposito numine της λατρειας officium est, non minus q̄ adoratio & sacrificium. Ut ergo qui deū adorant, qui sacrificant, n̄ reuerentur ac timent, quem adorant, cuiq; offerunt sacrificium : Ita qui per deum iurant, quid aliud, quam ueritatem summam reuereri & honorare se, profitetur: Nam qui iurant, per maiorem se, hoc est, per eum quem se maiorem agnoscunt, iurant. Proinde quanto res est sanctior, cuius causâ per deum iurant homines, tanto maior est homos, quem illi iurando exhibet. Ergo nihil est, cur anabaptistæ religionis prætextu, iufurandum detrectent,

Postremo, probat institutum, quod iure iurando apud homines efficitur. Confirmatione siquidem iurifurandi, omnis controuerbia finitur & tollitur. Heb. 6. Atqui bonum est, posse lites, tollere controuerbias. Qui igitur fieri potest,

poteſt, ut malum fit iuſturandum, quod tranſi-
gendiſ ſitibus deſtinatum eſt?

Ex hiſ nullo negocio diſſoluitur, quod ex
Iacobo anabaptiſtae proferunt: Ante omnia
fratres nolite iurare, neq; per ccelum, neq; per
terram, neq; aliud quodcumq; iuramentū. Quod
item ex Mattheo: Nolite iurare omnino, neq;
per ccelum quia thronus dei eſt, neq; per terrā,
quia ſcabellum pedum eius eſt, neq; per Hiero-
ſolymam, quia ciuitas regis magni eſt. Vult Ia-
cobus interprete Innocentio: Ne iuramentum
diligant, hoc eſt, ne ad iurandū ſpōtanea quēcq;
uoluntas inducat magis, quam impellat neces-
titas. Neq; aliud uult ſeruator, qui non ſimpli-
citer uetus iuramentum: ſed ne quis temere, id
eſt, ſine cauſa iuret, uulgato hominum more,
quibus in proclivi eſt, per reſ quaſlibet, ob qua-
libet leuem cauſam iurare, nulla honoris & re-
uerentiae dei ratione habita. Non ergo Chri-
ſtus iuramentum ſuſtulit, ſed iurandi facilita-
tem & conſuetudinem interdictam eſſe uoluit,
ut Auguſtinus quoq; interpretatur, cum alijs
aliquot locis tum præcipue, ſcribens contra
Fauſtum capi. 22. Et in libro contra mendaci-
cium. Ab hac interpretatione non ita abhor-
ret illud Salomo. confilium: Iurationi non af-
ſuescat

suescat os tuum. Multi enim casus in illa. Augustinus in causam assignat periculum periuri*j*. Sed hoc unum, quanta secum incommoda uehit? An nō uidemus, in uulgo per homines, qui passim exigunt à se mutuo qualibet occasione, & præstant iuramentum, quæ periuria, & ex periurijs, quæ fraudes, quæ rixæ, quæ pugnæ, quæ tæ item cædes, quot homicidia & alia id gen^o incommoda subinde enascantur?

Est qui hunc Matthœi locum ita expediatis dicit, Christum à suis exegisse perfectionem, inter perfectos autem non opus esse ullo iure-iurando, proinde uetusse seruatorem, ne quid omnino iurent. Quorsum enim attineat iurare, inquit, si nemo sit, qui quenquam uelit circū uenire, etiam si id possit impune: sed quisq; alterum e suo estimans animo, nemini diffidit: Ex interpretatio an consentanea sit, non infider ad uiuum excutere. Illud admonēdus est lector quædam intermista esse, quæ ut à superiore interpretatione non abhorrent: ita hanc plane uidentur elidere. Addit siquidem, Christū non absolute uetusse perfectis, ne quid omnino iurent, sed uetusse, ne pro hisce rebus iurent, pro quibus uulgas deierare solet. Cæterum in causa pietatis ac fidei, etiam Christum & apostolos iu-

los iurasse. Sed quorsum h̄s, qui perfecti sunt iūrare licet in re pietatis & fidei, si inter illos non sit opus ullo iureiurando? An forte hic locum non habet quod in subiectis uerbis dicit seruator, Quod ultra h̄c adiungitur, à malo proficiscitur? Necq; ad rem facit, quod Christum & apostolos iurasse legimus in re pietatis & fidei. Iurauerunt fateor, sed apud eos, quorum fides utpote recens, ac primum nata iuramento, pl̄erunq; etiam æditis miraculis confirmāda erat. H̄c autem interpretatio de perfectis loquitur, ostendens quid inter illos fieri maxime conueniat. Itaq; si nullo inter perfectos iureiurando opus est, non confistit, licere illis ut iurent, etiam in causa pietatis & fidei, quin hoc potius consequitur, in totum illis interdictum esse iuramentum. Cæterum quod ad consequētiam ipsam attinet, non protinus iuramentum Christianis interdicitur, si seruator cupiat illos esse perfectos. Eadem enim opera, ius gladij illis interdicitur. Nec mihi fit uerisimile, inter perfectos non opus esse iureiurando, nisi quisq; alterius fidem satis perspectam habeat. Quod si nemo est hominum, cui ea, quæ ex hominis uoluntate pendent, quæq; intra finuosos humani cordis recessus latet, possint esse

sint esse conspicua, mirum tandem, si etiam optimus quisq; de alterius fide subdubitetur. Hęc afferendę queritatis studio admonere uisum est, citra contumeliam eius à quo hac in re dissensio. Hoc uelim expendant docti & studiosi: Num quid ad facilitatem iurandi faciat, iura re per res conditas: ac per hoc, num satis ap- posita sit interpretatio, si quis dicat, Christum hoc ipso quo dixit, omnino nō esse iurandum per res creatas, uetusse iurandi facilitatem & assuetudinem. Nam si creaturæ ad rem non faciunt, affectata uidebitur interpretatio potius, quam uera. Mihi omnino fit uerisimile, Iudeos per illas iurare solitos, quoties simula ta religione proximum tentassent decipere, eum præsertim, apud quem scirent istiusmodi iuramenta sacrosancta haberí: ut plurimum certe ualebant apud idololatras ac simplices. In istos itaq; hoc licentius moliebantur fraudes, quod se putarent immunes à periurio, si qđ huiuscemodi iureiurādo firmatum esset, quam proxime rescinderent. Quod secus habere ser uator significat, cum prohibitionis causam ad iungens dicit, terram esse subsellium pedum dei, cœlum thronum, Hierosolyma ciuitatem magni regis. Quo satis manifesto indicat, in

G creatis

creatris pellucere diuinam ueritatem, & extare quædam diuinitatis uestigia. Adeoq; et hoc iuramenti genere astringi hominē, ut quod pollicitus fuerit præstet. Ac proinde non facile iurandum esse, per quascunq; creaturas, quod & hic periculum sit periuriū. Atq; huc mihi respxisse uidetur diuus Iacob⁹ cum dicit : Neq; per ccelum iuraueritis, neq; per terram , neq; aliud quodcunq; iusfirandum . Sit uestrum est , est: uestrum non, non:ne in hypocrisim incidatis. Certe his uerbis non simpliciter cauet Apostolus, ne per res creatas iuremus : sed ne leue habeamus iuramentum huiusmodi, neue rebus conditis tam facile abutamur decipiendis proximis, in hypocrisi & mendacio.

Tum illud anabaptistę proferunt: Neq; per caput tuum iuraueris , quia nō potes unum capillum album facere uel nigrum . Quo monemur anabaptistarum sententia: Ne quid polliceamur, quod in nostra non sit potestate . Cuidum subjiciunt,in nullius esse potestate, præstare iurata, reliquum fit, non esse iurandum. At qui hoc negocio omnes simul ueteres ad unū usq;, ceu periuros damnabimus, quoscunq; legimus iuramento interposito uel affirmasse aliquid, uel promisso. Quin hanc culpam in ipsum

ipsum deum reiçimus, qui hoc fieri iussit,
 quod in nostra non sit potestate? Porro iussit ille, ut per ipsius nomen iuremus. Deutero. 4.
 proinde quod dicitur, eiusmodi est: Non iurabis per uires tuas, quasi his aliquid possis efficere: quod faciunt qui uires suas stulte mirantur & iactant, cum ne capillulo quidem possint collorem detrahere. Quin illud ad constabilendum perfidiam, in peruersum sensum rapiunt: Sit sermo uester, est, est: non, non. Quod præter hæc accesserit, à malo est ac præterea illicitum. Respondeo: Monet Christus, ut quantum in nobis est, non affectemus iuramentum, sed simplex sermo noster pro iureiurando nobis fit. Sed qua arte ex his uerbis colligunt, iuramentum suapte natura esse illicitum: Non continuo illicitum est, quod à malo proficitur. Si Christus dixisset malum esse iuramentum, recte colligerent esse illicitum. Nunc non dicit malum esse, sed à malo. Tametsi sciam esse, qui sic interpretentur. A malo est, id est, culpa est. Est autem à malo uel iurantis, uel diffidentis. Sunt homines pessimæ fidei, quibus nisi intercedente iuramento ægre fiditur. Qui cum ipsis sint pessimi, alios ex animo suo æstimant, ac præterea nemini iniurato quamlibet bono fi-

G z dem ha-

dem habent. Itaq; necesse est iuramentum à ma-
lo esse, uel eius qui iurat, uel eius qui iuramen-
tum exigit. Nec protinus abest à perfectione
euangelica, si quis iuramento interposito alte-
rius dissidentiae consulat, id quod charitatis ra-
tio interim postulat. Neq; cōtinuo peccat, qui
ab eo cui non est tutum fidere iusfirandum exi-
git. Quare nulla est hæc consequentia: Iuramē-
tum à malo profiscitur. Ergo malum est.

Sed qua ratione, inquies, magistratus iura-
mentum exigit etiam à bonis, qui bona fide
omnia præstant, quæ in rem sunt reipublicæ?
An non iniquum est, dissidere viro qui bonæ
sit fidei, quiq; omnia ultro præstat? Respon-
deo: Non semper diffidit, qui iuramentum exi-
git. Primum in ciuili multitudine, mali cum
bonis permisti sunt. Vnde à communi iureiu-
rando quod quotannis exigit magistratus, ne
mo ciuium citra alterius iniuriam potest exi-
mi, sed cum omnibus ex æquo agendum est.
Nemo enim est, qui vir bonus non uelit haberi.
Quanquam igitur boni bona fide omnia præ-
stutri sint, pro conseruatione tamen tranqui-
litatis, proq; iurisfirandi religione, grauatim
ferre non debent, si & ab ipsis iuramentum exi-
gitur. Deinde externa tantum uidet homo &
que

IN ANABA. ERRORES. 101

quæ parent, καρδιογνῶσης esse non potest. Quo
sæpe contingit ut qui pessimus sit, pro optimo
habeatur. Postremo incertum est qualis po-
stridie futurus sit, qui hodie bonus. Certe talē
hodie uidemus rerum statum, ut uixiurato ha-
benda sit fides.

Postremo loco objiciunt quod Paulus di-
cit: Charitatem omnia credere: ad quod con-
sequitur inquiunt, quod nemini diffidat. Si igi-
tur charitas sit in magistratibus, non est opus
ullo iureiurando. Bella profecto collectio. Per
inde si quis e sorba ficus colligat. Vbi charitas,
inquiunt, ibi non est opus iuramento. Sedunde
probāt. Ex uerbis Pauli: Charitas omnia cre-
dit: Quasi hoc solo nomine iuramentum exi-
gant qui publica potestate sunt prædicti, ut hoc
magis fidant iuratis, & non etiam pro conser-
uanda religione iurisurandi. Iam neq; uerbum
Apostoli sane intelligunt: cuius intelligentia
ex his quæ antecedunt petenda est. Congaudet
inquit ueritati. Quo satis liquet charitatē non
omnia credere quæcunq; alij dixerint. Ergo q̄
dicitur tale esse uidetur, Charitas omnia credit
esse uera, quæcunq; ipsa proloquitur. Quæ em̄
congaudet ueritati quando mendacium affe-
ctaret: Proinde nihil ipsa loquitur: quod non

G 3 credat

credat ita habere iuxta illud Credidi propter quod locutus sum. Ceterū alijs non omnia credit, id quod neq; debet. Qui enim cito credit leuis est corde, Inde & Ioannes cauet ne cuius credamus spiritui, quin uult probādos esse spiritus ne quos inexploratos recipiamus. Si cuī hæc non satis forte arrident, per me licebit ut dicat uerba Apostoli ἵνα τοις θεολογοῖς accipi. Atq; eam habere sententiā. Adeo non difficilem seu morosam esse Charitatē ut omnia quoad potest facile credat, quæ quidem non sit nefas credere. Ergo credit omnia Charitas, At non omnib;. Neq; absolute omnia credit, sed quæ uel ipsa loquitur uel quæ diuinitus reuelātur. Omni bus em̄ omnia credere, inconsideratis ac min⁹ circūspecti hominis fuerit iuxta illud. Innocēs (hoc est sensu carens) credit omni uerbo. Ea sunt argumenta quibus Anabap. homines pr̄ posterer religiosi, omne iusjurandū ab Ecclesia conantur tollere. Id erroris notum est e quorū lucubratiunculis hauserint. Sed nolim recentrisistorū nominib; cuiq; esse molestior. Ad uersus eā hæresim multa apud Aug. & Hie. inuenias, si quid pr̄ter ea quæ à nobis dicta sunt, libebit cognoscere.

Tq̄ xp̄isq; x̄agie,

In

**S. IN ELEVTHEROBA
PTISTAS PER AMBRO
sum Pelargum.**

Ambrosius Pelargus Christiano
Lectori.

IPSA re comperio uerum esse, quod olim ad Timotheum suum scripsit Apostolus: futurum ut impostores in deteri⁹ proficerēt. Neq; enim me fugit, esse quibus non satis sit, tota (quod dicitur) via aberrasse, nisi & alios in errorem abducant. Et istos uideas, popularis aut ræ pruritu, huc omne impendere studium, ut his qui nouitatum amantes sunt, noui aliquid subinde adferant. Ac fere sit, ut dūscenę (quod dicitur) seruire malunt, quam glorie Christi, non quod uerum est doceant, sed quod rudi popello uiderint esse quam maxime plausibile. Quid enim aliud docerent mentium deceptores, & qui hoc unum student, ut quoscunq; possunt in nassam pertrahant? Et interim indoctum vulgus suopte ingenio in errores propensum, plaudit ad fabulam, & phræneticorum more, ad sua incommoda ridet: ut hic locum habeat illud Hier. Prophetæ prophetabant

G 4 menda-

mendacia, & sacerdotes aplauserunt manus, & populus meus dilexit talia. Nimirum talibus discipulis tales competit magistri, ne non similes habeant labra lactucas. Quod nisi seductores isti addiuinassent, fore ut imperita multitudo istiusmodi fabulis utroque (qui aiunt) pollice fueret, nulla ratione huc perpelliri poterant, ut attentarent quae nunc ultro faciunt. Quid autem non faciunt? Nihil non fingunt, nihil non comminiscuntur: ne non habeant quod mentiatur. Quid porro istiusmodi rabulis futurum est, qui uulgi facilitate abusi, errorem erroris uel addunt, uel alio longe pernitiosiore permutant? Cuius quidem rei si quis forte exigat documenta, omnium luculentissima deder. An non Oecolampadius, simulatque descivit a eccllesia, in Lutheri sententiam, quae haber, corpus & sanguinem Christi in sacramento synaxeos esse substancialiter sub pane & uino: toto corpore discessit? At idem non magno interuallo, aliam commentus est fabulam, negans illic esse corpus Christi, nisi ut in signo.

Iam sunt, quos hoc nomine ~~ελευθεροβαπτισμος~~^{eliezer} id est, si quis interpretetur liberobaptistas non inepte appellaueris: quod baptismum liberum faciant. Istis primum non displicuit anabaptistarum.

starum sententia, de non tingendis paruulis, tu
eo dementiae uentum est, ut faciant cuius sim-
pliciter liberum, utrum baptizari uelit an non.
Hoc si non est in deterius proficere, libenter fa-
tebor, Pauli uerbum mihi nondum intellectum.
Cæterum quibus hoc suum dogma fulciant,
hoc nostro qualicunq; libello, facile perspexe-
ris, quē nihil addubito quin exorrecta (quod
dicitur) fronte excepturus sis. Bene uale lector
amice. Friburgi Anno à nato Christo Milles-
imo quingentesimo tricesimo primo.

AMBROSIUS PELAR GVS IN ELEVTHERO- baptistas.

ELeutherobaptistarum causa nō pau-
lo periculosior est anabaptistarum ne-
gotio. Hi enim baptismum, ceu rem
assequēdæ saluti necessariam, sub ad-
ultam ætatem reuocant. Isti cuicq; liberum fa-
ciunt, an baptizari uelit, an uitam omnē absq;
baptismo transfigere. Commodum proinde ui-
sum est, præstructa primū ueritate, de baptismi
necessitate conari, si queā illis, quod stulte op-
inantur de pulmone (quod dicitur) refellere.

G 5 Certe

Certa est itaq; ac constans ecclesiæ sententia, neminē ab iniulgato orbi euangelio, absq; baptismi munere, remissionem & salutem consequi, nisi temporis angustia baptismum non expectet. Ea sententia, ex illo seruatoris uerborobur accipit: Nisi quis renatus fuerit, ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnum dei. Quo quidem omnes ad baptismū adstrictos uoluit, quibus facultas esset suscipiendo baptismi, ut contemptæ legis reus sit, qui cum posset, tamen nolit baptizari.

Sed hic mihi uide, quām impudenter clarissima Christi uerba, à nativa intelligentia distrahant impostores aliqui. Fingunt, in uerbo Christi esse metaphoram, ab aqua & aere mutuatam. Horum est Brenczius quidam, homo non minus temerarius, quām indoctus. Is cauillatur Christum uocabulis quidem elementorum usum, quibus tamen longe aliud significetur, mors scilicet & gratia, quibus constet iustificatio, ut sensus sit: Nisi quis per carnis mortificationem, & spiritus gratiam iustificat⁹ fuit, non poterit uidere regnum dei. Habet et argumenta, quibus metaphorā suam muniat: Videlicet, inquit, multos saluari sine aqua, neminem autem sine mortificatione carnis. Necesse ergo

ergo est, aquā hoc loco τροπικῶς accipi. Quod dicit, complures saluari absq; baptismate, hoc mihi secum conuenit. At quod de tropo com miniscitur, neq; uerum est, neq; hinc probe colligitur: Qui saluantur absq; baptismate, hos subleuat necessitatis articulus, subleuat fides, subleuat uotū baptismi: ut non sit necesse Christi uerbis tropos affingere.

Aliud audi argumentum, quo nobis (si deo placet) probat aquam tropicam: Nomine, inquit, spiritus aeris flatum primaria significatio intelligi conuenit. Nemo autem baptizatur ex aere elemēto. Necesse est ergo aerem ac præterea aquam μεταφορικῶς accipi. Scilicet gnarus artifex, qui quod falsissimum est, tanquam uerum & confessum assumit, quo imponeat simplicibus. Clariora sunt Christi uerba, quam ut tam prodigiose detorqueri patiātur: Nisi, inquit, renatus quis fuerit ex aqua & spiritu sancto. Sed dicet, in græcis non addi sancto. Nec apud Augustinum libro aduersus Faustū 24. capite primo. Imo illic, aquæ & aeris mentionem fieri. Verum hoc cresphygeto non elabitur, posteaquam inducta homiosis clare indicat, de spiritu sancto sermonem esse hoc loco, non de aere. Nam docendi gratia exemplū

Christus.

Christus adhibuit, de aeris impetu, à quo simili
litudo dicitur ad impetum sancti spiritus, ut
Chrysostom⁹ quoq; interpretatur, homilia 25.
cūq; hoc Cirillus. Spiritus, inquit, ubi uult spi-
rat & uocem eius audis, & nescis unde ueniat
aut quo uadat. Si cest omnis, qui nat⁹ est ex spi-
ritu. Hic cum extra controuersiam, sermo sit
de spiritu sancto, palam fit, de eodem intelligi
locum, quem probando instituto produxim⁹.
Aut dicat eleutherobaptistarum patronus, si
nomen spiritus aerem hoc loco significat, cur
in aqua potius, quam in aere baptismus perfici-
tur. Quin in ea significantia accipiendum est
aque uocabulū, qua usi sunt apostoli, quos non
est uerisimile, latuisse sensum uerbi Christi: Eu-
tes in mundum &c. Baptizauerunt autem a-
qua elementari, ut Actu. 8. plane habes, dicen-
te eunicho: Ecce aqua quis prohibet, me ba-
ptizari? Putas hoc dicturus fuerit, si non is fu-
set baptizandi ritus? Quo magis succurrit hic
demirari istorum stultitiam, qui cum uideant,
hoc ritu baptizare ecclesiā, tamen nescio quos
tropos nobis conantur obtrudere. Certe ipse
seruator in aquis iordanicis baptizatus est, cō-
ferens illis, tactu sacri corporis uim quandam
uiuificam, qua omnes in Adam mortui reuiui-
scant

scant. Proinde nullus est hic tropus, nulla in uerbis Christi inuoluta metaphora, sed aper-tus est sermo, et qui mysticā genitaram Brenc-zij non agnoscit. Neq; loci huius ingenium pa-titur, ita aquam accipi, ut contēdit aduersari⁹: quandoquidem de sacramento baptismi Chri-stus loquitur, quod rebus sensilibus constat & perficitur, ut nullis hic op⁹ sit metaphoris. Ta-metsi allegorias in diuinis scripturis querere, non omnino otiosum fuerit, si quis hoc incola-mi uerborum sensu faciat.

Iam idem persuadere conatur collatione scripturarum, quibus familiare sit, spiritus gra-tiam, aquę nomine significare. Et locis aliquot productis, putat serem factam habere. Ioānis, inquit, 4. & 7. ita accipitur. Rursus Ezechi. 36. Effundam super uos aquam mūdam. Sed qua-tandē arte conficitur, ut si aquę uocabulū alicu-bi tropicōs accipiatur, idem in alijs quoq; scri-pturæ locis oportere fieri. Etiā si quod ex Eze-chiele producitur, rectius conueniet, de bapti-smo intelligi, qui aqua peragitur. Siquidem ui-detur omnino Paulus, ad hæc prophetę verba respexisse, cum ad Hebræos prescriberet: Acce-damus ad deum cum uero corde in pleropho-ria fidei, loti corpus aqua munda: Nihil proin-de par-

de piaculi fuerit, si quis dicat: prophetam de aqua baptismatis fuisse prolocutum.

Eodem pertinet, quod Ephe. 5. Apostolus dicit: Christum lauisse ecclesiam in lauacro aquæ: haud dubio de aquæ elemento sentiens. Hæc igitur cum ita habeant, non facile commitemus, ut scripturas sacras à genuino sensu detorqueri finamus: id quod facit Brenczi^o, ut maxime pro euangelico haberi postulet.

Non hic dicam, quod cum parum sibi constat, etiam Christum nobis facit tautologum. Nam cum aliquanto superius, aquam pro carnis mortificatione, & spiritum, seu ut ipsi placet, aerem, pro gratia spiritus accipi certaverit: hic aquæ nomine gratiam itidem spiritus uult intelligi, id quod collatio ipsa scripturarū indicat. Ergo quod dicitur: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu &c. tale est: Nisi quis ex gratia & gratia renatus fuerit & cetera.

Sed ubi interim mortificatio carnis exulata: ut hoc quoq; obiter admoneam. Cæterū hoc tautologiæ genus, nedum iniucundum & superuacaneum est, sed nouum quoq; & antehac inauditum, adde prodigiosum, & quod intercedens diuetsitatis copula facile elidit.

Iam si placet rationes excutiamus, quibus sibi

IN ELEVTHEROBA.

iii

Hi eleutherobaptistæ persuasum habent, baptisum esse liberum. Principio sola, inquit, fide opus est a sequendæ saluti. Et si enim Christus salutem fore dixerit, eum qui credes baptismum susciperet: in sententia tamen quam priori ex contrario succinuit, non meminit baptis- mi, tanquam ad salutem non necessarij. Liberum proinde est homini, an baptismum uelit admittere. Verum quod isti assumunt tanquam in confessio sit, falsissimum est, nedum addubitatum. Quod etiam in probationem ex Marco adferunt, fruolum. Nam quod in priori parte, baptismum cum fide seruator coniungit, significat opus esse adulto, ut in fide propria baptismum suscipiat. Quod uero in contraria sententia, solius fidei meminit, horsum pertinet, ut scias, fidem tam esse necessariam ad consequendam baptismi gratiam, ut nihil opis tulerit baptismus, extra fidem susceptus. Atque hoc spectat illud Augustini in Ioannem: Baptismus iustificat, non quia suscipitur, sed quia creditur. Ergo in adductis uerbis, non hoc agit Christus, ut baptismum faciat liberum, sed fidem praexigit, rerum sperandarum hypostasim.

Succurrit interim, demirari Lutheri impudentia, qua cauillatur, nos docere, etiam impius & incre-

incredulis, ut increduli sunt, pdesse baptismū: cum ubiqz doceamus, fidem propriā in adultis exigi, sine qua nihil illis baptisma pfuturū sit.

Deinde Paulus, inquiunt, prohibet, ne nos uertamus ad egena ac infirma elementa, neue postliminio reducam⁹, quæ semel abiecta sunt. Sed si his uerbis Christianorum cæremonias, ritus, & sacramenta prohibet Apostolus, quo modo isti dicunt, baptismum esse liberum. Ne que enim consistit, ut quod prohibitum est, liberum sit. Porro si hoc Paulus sensit, quod isti uolunt, cur ipsi panem & uini offulam obtrudunt Christi fidelibus? An non sunt hæc elementa huius mundi egena prorsus et infirma? Ad istorum præsertim loquendi modum, quo cæremonia dicitur, quicquid signis externis geritur. Iam qua fronte Paulus prohibuerit, quibus ipse aliquoties sit usus? Imo cæremonias, ritus, & sacramenta Mosaicæ legis, elementa uocat egena & infirma, hoc est, uirtutis experientia, & quibus nihil sit τῆς ἐνεργείας. Longe uero abest, ut hæc de sacramentis nouæ legis dicat, quibus profecto sua uis est, eaqz efficax abolesit peccatis.

Et hactenus argumenta pernicioſissimæ libertatis expensa sint.

Super-

Supereft uidere, unde id erroris eleutherobaptistæ hauserint. Nimirum ex pestiferis Lutheri, Melanchthonis & Oecolāpadij scriptis et sermonibus. Nam Brenczij causam, nihil est cur hic refricem. Lutheri uerba, quæ aliquoties repetit, cum aliâs, tum uero in Cap. babi, sic habent: Sola fides Christi necessaria est, ut iusti simus. Cætera omnia liberima sunt, neq; præcepta, neq; prohibita. At qui non intelligit iste proprium sermonem. Nemo enim iustificatur, nisi in fide sacramentorum, quando & ipsa ex eorum sunt numero, quæ necesse sit fide teneri. Iam non parum iuuat eleutherobaptistarum causam, quod Lutherus atq; hunc secuti Melanchthon & Oecolampadius tanto pere certant, nullam baptismo uim esse regenerationis, id quod & Messalij quidā, quos εὐχήτας, id est, orantes appellat, docere conati sunt. Quod si ab ipsis quæras, cui tandem usui destinatus sit baptismus, si nō in hoc institutus est, ut gratiam conferat. Respondent, baptismum non aliud esse quam σφραγίδα, hoc est, notam seu signum, acceptæ per fidem iustitiae, & quo ueluti tessera quadam internoscantur baptizati, à non baptizatis. Ex quo colligunt, baptizatum hoc solo intervallo præcedere eum, qui nō

H. fit ini-

fit initiatuſ baptismate, quod ille in numerum
gregis dominici censuſ fit apud homines, iſta
non item. Cæterum apud deum nihil referre,
per baptismuſ censuſ fit ad ecclesiā, nec ne-
modo prædestinatus fit. Habes cui fundamen-
to tantopere iactata libertas innitatur, nimi-
rum ſcipioni arundineo. Certe nomen iſum
baptizatoſ plus aliquid ſignificat, ſcilicet ab-
lutionem ſacram illam, nō quidem ex proprie-
tate lingue, ſed ex accommodatione & uſu: Nā
ita ecclesia hoc uerbum fecit eſſe ſuum, ut non
facile ad ſimplicem corporis lotionem accō-
modare liceat. Inde taxat interpres, qui Mar.
7. & Luc^e 10. græcam dictionem reliquerit, cū
de uulgari lotione ſermo fit. Ita hæreſeos uo-
tabulum infame eſt hodie, quod ueteribus o-
diosum non erat. Tātum conſuetudo ualet &
uſus. Si itaq^e baptism⁹ id fit quod ablutio, quis
tam eſt ſtupidi⁹, qui non uideat uerū eſſe, quod
negant aduersarij. Quanquam argumenta no-
bis fint, ex ſcripturis deſumpta, quibus doctā-
muſ baptiſmo uim quandam in eſſe p̄ſen-
tiam renascētiæ. Nam si homo, per baptiſmuſ
Christo inſeritur, quod Paulus ex constanti aſ-
ſerit, conſequens eſt, ut per baptiſmuſ, gratiā
quocq^e accipiat. Quandoquidem nemo fit mē-
brum

brum Christi, nisi per gratiam. Tū necesse est fateri, quod in concilio Florētino quoq; decretum est, sacramenta nouæ legis, ea quæ ueteris legis sunt, multis(quod aiunt)parasangis præcedere, quod quidem ad dignitatem & energiam pertinet. Si autem quod signant, non efficiunt, nihil aut parum discriminis inter ea fuerit, sed utraq; hoc est, tam nouæ quam ueteris legis sacramēta in eorū numerū referēda sunt, quæ Paulus elementa egena vocat & uacua.

Præterea ipse Apostolus, baptismum appellat Iauacrum regenerationis & renouationis, hoc est, quo ceu instrumento fit regeneratione non ut isti torquent, quo signatur regeneratione. Nam coactæ huic interpretationi obſtitit præpositio *in*, quæ paterno casui iuncta(quod hoc loco fit)actionem quādam ac usum rei instrumentariæ significat. Proinde quod dicitur eiusmodi est: Saluos nos fecit actione, seu usu Iauaci. In hoc enim sacramenta deus ipse instituit, ut per hæc plena(quod aiunt)manu diligatur gratia. Et tamen hic nobis Scotus quoque(ut hoc obiter admoneam)fcessit negotium. Nimirū qui idem sensit olim, quod nunc Lutherus et Oecolāpadius docere præsumunt: scilicet sacramenta non causare gratiam, sed

deū ex solo pacto illis assistere. Proinde quod de præpositionis nota dictum est, argumento partim ex scripturis, partim e philosophorum schola petito conatur elidere. Per meritum, inquit, acquiritur præmium, cum non sit causa præmij. Et per motum terminus, qui tamen non est causa termini. Ergo is loquendi modus causalitatem non arguit. Ut tribus (quod dicitur) uerbis respondeam. Meritum quidem ratio est præmij, non causa quæ præmiū efficiat. Motus etiam uia est, qua destinatus attingitur terminus, non causa termini. Verum hoc argumento, dictum nostrum non infringitur, quod non tam ex latina quam græca præpositione iudicare conuenit, ac ne id quidem perpetuo, sed tum deniq; cum paterno casui iungitur. Baptismus itaq; Christi imbutus sanguine, uim quamdam habet imbibitam, qua in fuscipientis anima, remissionem operetur, & gratiam: atq; id quidem instrumentarie, quod præpositio ipsa in citatis Pauli uerbis significat. Eodem pertinet, quod Ephe. 5. Christus mundasse dicitur ecclesiam τῷ λοιπῷ τῷ ὑπάτῳ ἐν ἡματι, id est, lauacro aquæ in uerbo uitæ. Vbi græcam præpositionem ἐν per Δίξ interpretari licebit, quæ admodum & apud Hebræos eius fit usus. Nā
& græ-

IN ELEVTHEROBA. 117

& græcis dandi casu instrumentum exprimitur, ut nobis auferendi casu. Si autem euangelij uerbū, quod baptizando profert sacerdos, uim habet iustificam, unde & uerbum uitæ dicitur, cur non etiam baptismus, qui uerbo constat & elemento, uim aliquam habeat abluendis peccatis. Quod si quis contendat, in citato Pauli uerbo, salutis causam Christo transscribi, non baptismus, huic ex aduerso litem mouerim ex illo 1. Petri 3. ubi cum testatur octo animas in arca Noe fuisse saluatas per aquam, mox umbram ueritati adaptans, in hanc sententiam loquitur: Cui nunc respondens illi baptismus, nos quoq; saluos facit. Collectionis neruū hoc pacto explicaueris: Quod olim fuit arca seruando corpori, hoc illi respondens baptismus, est animæ. Profuit autem illa asseruandæ uitæ à diluvio. Ergo & baptismus hoc efficit, ne nō seruetur anima. Etiam si non negē hoc deum posse, absq; baptismate. Verum sic illi uisum est, ut quod facit artifex extruēdis ædibus, idem ipse faciat iustificandis impijs. Adhibet ille serram bipennem, & id genus instrumenta alia. Sic seruat deo & iustificat. Verum id facit per fidem, facit per sacramentum fidei, facit per poenitentiam. Toto proinde cœlo aberrant, qui negant

H 3 gratiam

118 AMBROS. PELARG.
gratiam quadam enus pendere à sacramentis.

Nec me mouent stuppea Lutheri argumenta, quib⁹ hoc negare conatur, iustus, inquit, uit ex fide. Non dicit ex sacramentis. Quid audio? Etiam non dicit, iustum uiuere ex mandatorum dei obseruantia, ex mortificatione carnis, ex rerum terrenarū contemptu, ex esu corporis et sanguinis dominici. Ergo ne ex his nō uiicturus est: Eius generis est et illud. Corde creditur ad iustitiam. Non dicit, corpore suscipiuntur sacramenta ad iustitiam. Quæso quę est eiusmodi collectionum ratio? Non dicit. Ergo nequaquam ita habet. Quasi mox falsum sit, quod in uno ac altero loco Paulus non adserit. Quin hic nobis abunde satis est, contra omnes omnium aduersariorum cauillos, quod Augustinus dicit: Vnde tanta uirtus aquæ, ut corpus tangat & cor abluat, nisi faciente uerbo? Falsum proinde ac plane ridiculū est, quod isti cauillantur: baptisum non nisi signum esse, quo dinoscatur Christianus ab ethnico. Ridiculum & illud, quod dicunt, nihil referre, si quis hinc non initiatus emigret, modo prædestinatus. Quasi uero qui prædestinatus est, non opus habeat baptismō renasci. Mihi indubitateum semper fuit, neminem prædestinatum, qui non

IN ELEVTHEROBA. 119

non idem iustificetur à peccato, priusquam hinc euolet. Quos inquit prædestinavit, hos & iustificauit. Et cum iustificatio baptismate potissimum fiat, in fide suscepto, uehementer misericordia fit probabile, eos in prædestinatorum albo non esse, qui uel parentum, uel propria voluntate, absq; baptismi beneficio hinc demigrant. Imo non proinde res clamauero, si quis non conciliale, sed certissimum argumentum es se dicat.

Τῷ Βεβύ Χάριτ.

H 4

SREFVTATIO CON-
SILII OECOLAMPADIANI

de differendo parvolorum bapti-
smo in trimulam aut quadri-
mulam usq; ætatem per
Ambrofum Pelar-
gum.

Ambrosius Pelargus pio
Lectori.

Certum erat, nihil librorum emittere, do-
nec prodiret Oecolāpadij responfio, quā
fama erat illum apparare, in Hyperaspismum
nostrum. Quod cum expectationē meam fal-
lat, siue quod nos responfione dedignetur, siue
quod metuat, ne cessurus sit harena, siue quod
illi iam seni & deliro, certum fit ὅτι οὐ πα-
διάδης alicui lampada trādere, siue quod sc̄etū
illum suum, adhuc forte deformem ac crudem
relambat & refingat: alio argumēto, eoq; no-
uo ansam illi præbebimus, ut uel sic prouoca-
tus, ipse in harenam descēdat. Valector. Ex
Friburgo à nata religione. i. 5. 30.

So REFVTATI^O CON^Z
SILII OECOLAMPADIANI,
de differendo paruolorum baptis-
mo,in trimulam aut quadri-
mulam usq; ætatem.

ANnon impudens est Oecolampa-
di temeritas, qui nouum illud suum
de non tingendis infantulis confili-
um, quod neq; prudens est, neq; fide-
le, ne dicam quod alieno tempore editū Chri-
stiano orbi audet obtrudere. Saltem deterruis-
set illum catabaptistarum error, qui non nihil
hinc roboris collegit. Quis enim non uideat,
quām illorum causæ hoc suo consilio maxime
patrocinetur? At qui nihil minus conueniebat
in eum, qui professus catabaptistarum hostis
haberi uolebat, quām ut illorum furori arma
ministraret, hac pr̄sertim tempestate, qua ma-
xime insaniunt. Nam ut excusat, hoc illos non
suo exemplo facere, ut quod fecerint antequā
in illos strinxisset calatum: qua tamen fronte
negabit, hanc hæresim, istiusmodi scriptis esse
animatam: Iam & apostolos ipsoe Oecolam-
padij illud consilium damnat, ut qui parū con-

H sulte

sulte fecerint baptizando paruulos. Itaq; dum
 anabaptistarum errorem conatur refellere, in
 alium eque perniciosum prolapsus est, ut illi ui-
 deatur usu uenisse, quod celebratum euāgelicis.
 literis habet prouerbium. Cęcū si cęco duca-
 tum p̄stet, ambo in foueam cadunt. Et qui-
 dem stabant sententia, temerarium consultore,
 priuatis literis obiurgare poti⁹, quām in thea-
 trum producere, nisi & prostaret libellus, & er-
 ror iam occuparet simplicium animos, quorū
 bona pars non tam catabaptistarum exēplo,
 quām Oecolampadij consilio permota, paruu-
 lorum baptisma tantisper profert, dum trimu-
 la aut quadrimula ætas accesserit, qua iam la-
 llare incipient. Quanquam quid retulerit priua-
 tis literis admonere hominem, qui surda, aspi-
 de magis obsurduit, ut nulla spes sit, ullis hunc
 incantamentis deliniri posse, ut nos exaudiat,
 nisi non satis pernoscam hominis ingenium.

Porro hoc Oecolampadio cum anabapti-
 stis conuenit, paruulorum baptisma esse profe-
 rendum in annos. In hoc uero ab ipsis dissidet,
 quod isti necessariā putant dilationem, quā ille
 tantum consulit. Isti in adultam ætatem bapti-
 sum proferunt, quem Oecolampadius non
 ultra primam balbutiem prorogat. Isti paruu-
 lorum

Iorum baptisma improbant, Oecolampadius
nō improbat, tantum facit liberum.

Sed age expendamus hominis consilium,
quod ne malitiose illi affinxisse videar, primo
locum proferam. Haud ita pridem est, quan-
do libellus prodijt, in catabaptistarum cory-
phæum quendam, cui Balthazaro nomen in-
scribitur, patria lingua ædit². In eo libello plus
quam impio, in hanc fere sententiam scribit.
Oecolampadius: Non est à seruatore præscri-
ptum nobis certum tempus suscipiendi bapti-
smi, sed hæc est libertas spiritus, nobis data. Et
consilium meum fuerit, ut mos non tingendi
infantulos postliminio revocetur, quando &
Gregorio Nazan. cōsultum est usum, ut in ter-
tium aut quartum usq; annum differatur. Ha-
c tenus Oecolampadius. Hic doceri cupio, qua-
ratione nobis liberum esse debeat, quod nō est
lege præscriptum diuina, quandoquidem hinc
sibi baptismi libertatem Oecolampadius col-
ligit, si quis vim argumenti exutiat: Tempus
baptismi nulla nobis est lege diuina præscri-
ptum. Ergo cuiq; debet esse liberum, quo tem-
pore prognatos ex se filios, uelit baptirari. Si
quid ponderis habet hæc collectio, ualebunt &
aliæ eius generis, ac per hoc cuiq; erit integrū,
operari

operari manibus in die dominico, quem ut habemus festum, nulla lege quæ quidem diuina sit, præcipitur. Sabbatum sanctificari iussum est, non prima sabbati, quæ nobis dominica dicitur. Hoc item negotio, liberum erit mulierculis, non uelatas apparere in ecclesia. Quis etiam non sic argumentabitur: Non est præscriptum, neque discernit lex naturæ, quam quisque terrenæ possessionis portionem accipiat. Ergo licebit cuique, rebus alterius perinde uti atque suis. Quod si liberum est, quin anabaptistarū causam subleuamus? Imo cur non iustificamus? Accedit his, quod alibi scribit, præcepisse Paulum, ne quis maritus fidelis uxorem infideli, quæ illi cohabitare consentiat, dimittat. Quod si uerum est, quomodo hoc liberum facit, quod ab homine non à deo præcipitur? Sic enim Pauli uerba se habent: Dico ego nondominus. Si quis uir fidelis uxorē &c. Iam Oecolampadij partes fuerint, ex ueterum monumbris ostendere, infantium baptisma olim nō fuisse in receptis, aut non sine reclamatione receptum. Alioqui quis illi credet, dicenti hunc modum fuisse ueterib⁹, nisi doceat: Maxime quod ipse Oecolampadius in uno eodemque libello, quem superius aliquanto citauimus diuersum doceat.

doceat ab eo, quod hic fortiter adserit. Rogat
siquidē ex anabaptistis, ut ostendat, quo primū
autore paruulorū baptismā in ecclesiam irre-
pserit. Quod cum desperat illos posse facere,
concludit ab ipsis apostolorum temporibus
paruulorum baptismum fuisse in ecclesia, imo
ab ipsis apostolis profectum. An nō hic opor-
tebat, mendacem esse memorē? Quod ex Gre-
gorio Nazian. profert puerile est, etiā si fateor
iſtū confiliū ab illo profectū, ἐν τῷ λογῳ
περὶ βαπτισμάτος. Sed quid tum deniq;. Primū
nō legitur uir ille, hoc suo cōfilio usus, ut paruu-
lorum baptismā prorogaret, tātum quod ipse
optimum esse iudicabat, indicare uoluit, incon-
cussa illa befactaq; ecclesiæ consuetudine, à qua
etiamnum illo uiuente maxima pars stabat or-
bis Christiani. Nunc permultos inuenias, qui
Oecolampadijs scriptis permoti, paruulorum
baptismum in annos aliquot proferri cupiant
ac proferant etiam.

Deinde humanum est confilium, & priuati
hominis, sibi ipsi paulisper relicti, adeoq; non
præscribit Christianis. Ita tum uisum est uiro
alioqui erudito, ut paruulorum baptism⁹ pro-
ferretur in eam usq; ætatem, qua iam pueru-
lus utcunq; balbutire incipit, tum quod ea æta-
te, pa-

te, parentum uerbis edoctus, possit ipse responderem sacerdoti, ab renunciatione diaboli, carnis, & mundi exigenti: tum quod ea etate iam sentiscat, & iudicare possit, si quid recte seculuegerit, ex eo potissimum, quod pater opusculis eius uel corredit, uel poenam digitulo virgaue minatur. Verum quis hic non uideat, plus quam puerilia esse, quae a Nazianzeno in persuasione adseruntur. Si a baptizandis sermo exigitur & iudicium, nihilo fuerit absurdius, trimulum baptizare puerum, quam si quis cittam sacro tingat baptismate. Quantulum est enim queso iudicij, quod internoscendo bono ac malo, habere possit puer trimulus aut quadrimulus? Et sermo balbutientis puerni, quid aliud est obsecro quam quod adagio dicitur, sine me resonus? Quin eadē causa Psitacos sacro fonte tingimus, quos certum est uerba formare aliquanto etiam articulatius, quam puerulus uix tres annos natus proferat. Quādoquidem autor est Ludouicus Celius Rodigin⁹, uit pius & doctus, Psitacum Romæ emptum centum nummis aureis, qui totum symbolum articulatissime pronuntiarit.

Postremo addit Nazianzenus unde & Oecos lampadij temeritas coargui poterat, & quod Nazian-

Nazianzeni causam mitiget ac subleuet. Verū hoc Oecolampadi^o suppressit, ut nihil fere est siue in diuinis literis, siue in probatis autorib^o, quod bona fide referat uel enarrat. Proferat plagiarius Nazianzeni organum, quod cū alijs uenerande antiquitatis librīs, e bibliotheca frātrum prædicatorum Bafiliensium abstulit. Ne uiuam, si non hanc conditionem à Nazianzeno adiectam inuenias: ἐπεὶ τις ἐπει γοινιδυος nisi periculum urgeat. Quo sane uides, quantum Oecolampadius à Nazianzeno dissideat. Huic multo præstiterit baptizari paruulos, q̄ si hinc non signati deceant: quinetiam periculum denunciat, si sic demigrent. Contra Oecolampadius nihil uult esse discriminis, si puer non tinctus, hinc emigret. Quæ res argumento mihi est, Nazianzenum (quein Oecolampadius à se stare singit) nihil minus probaturum si hodie reuiuisceret, quām istius multo stultissimā sententiam. Qui si credit, gratiam in sacramento conferri ipsis etiam paruulis, quorum baptisma ratum habet, quid adhuc remoratur paruulos ne ad Christum ueniant? Sed forte obieciet infignes aliquot viros, qui itidei se habiant nihil obesse paruulis si absq; baptis. mate decadant. Non me clam est suisse, q̄ uero uisum sit, par-

fit, paruulos absque baptismo citra parentum incuriam ac uoluntatem decedentes, nō omni no priuādos esse gloria, utpote quibus uotum fidesq; parentum suffragio fit. Atq; horum est Gerson, cuius sententiæ Caietanus subscribit, uir eruditioni iuxta ac pietati natus, qui fidem parentum, signo aliquo protestatam sufficere iudicat, in necessitatis articulo. Atque in hanc rem Gregorium adducit in hæc ueiba scriben-
tem. Quod apud nos ualet aquæ baptismus, hoc apud ueteres egit, uel pro paruulis sola fi-
des, uel pro maioribus uirtus sacrificij, uel pro
his qui ex Abrahæ stirpe prodierunt, circunci-
sionis mysterium. Ex his Gregorij uerbis in
hunc modum ratiocinatur: Fides ueterum nō
fuit maioris energiæ, quam nunc sit apud nos,
ac per hoc non plus potuit, necessitatis urgen-
te articulo, subuenire tunc, quam nunc. Tum
autem deficiente paruulis proprio salutis re-
medio, sola parentum fides illis suffragabatur.
Ergo & nunc cum proprium illis deest reme-
dium, quod est baptismus, sola parentum fides,
morientes paruulos deo offerentium, ad salu-
tem, illis sufficiet. Hoc quam est argutum, tam
uidetur esse uerum, tum necessariū, multorum
quidem iudicio, ne lex gratiæ deterioris con-
ditionis

ditionis uideatur, quām lex Moysi fuerit, in qua
 & paruuli, qui circuncisionis diem, nō attigis-
 sent seruabantur, sola parentum fide illis suffra-
 gante. Quanquam Caietanus hic, nihil defini-
 niat, sed hęc interim disputat donec ecclesia de
 his pronuntiet. Et si maxime definiret, nihil ta-
 men hinc patrocinij habet Oecolampadius, cū
 de his tantum paruulis sermo sit, qui citra incu-
 riā ac uoluntatē parētum, absq; baptismo, qui
 illis ob angustiam temporis administrari ne-
 quit, decedunt.

Sed nō est, inquit, ulla lege preſcriptum ba-
 ptizandi tempus. Quid tum postea? An non re-
 cepta inueterataq; ecclesiæ consuetudo, Chri-
 stianis uice legis esse debeat? Ne quid de pericu-
 lo repeta m, quod eos manet, qui hinc non ini-
 tiati demigrant. Si dicat olim statuta fuisse tē-
 pora, paschatos scilicet & pentecostes, quibus
 regenerationis lauacro tingerentur. Ergo &
 nūc licere, baptismum aliquantis per proferri.
 Evidem morē illum priscum agnosco, cui
 & apud nos in hodiernum diē uestigia quæ-
 dam apparent. Hunc enim attestantur cære-
 moniæ & cantica, quibus adhuc in ferijs pa-
 schalibus solēniter utimur, qualia sunt hymn?
 Rex sanctorum. Responsorium: Vidi aquam.

I Hymnus

130 DE DIFFERENDO

Hymnus: Ad cœnam agni. Introitus & collectæ totius fere hebdomadæ, quam etiam à uesteribus feriendo exactam constat, id quod & imperatoriæ leges præcipiunt: Caroli scilicet et Ludowici. Et septimana quæ paschalem proxime sequitur, ab albis uestibus quibus inducebantur baptizati, in albis dicitur. Verum leges illæ tum sanctæ cauent, ne quis sacerdos adulterum baptizet extra hæc tempora, nisi in mortis articulo: tum quod horum baptismus, circa periculum differri posset, tum quod solo baptismi desiderio, salutem consequi poterat. Hinc Ambrosius de Valentianino catechumeno, qui circa baptismi sacramentum decesserat: Quem, inquit, regeneratus eram Christo, amisi. Sed ille gratiam, quam poposcit, non amisit.

Neq; uero temere cautum est, ne mox ad baptismum recipientur. In primæua siquidem ecclesia fides erat, & pœnitentia minime fucata. Proinde maturius admittebantur ad lauacrum. Actu. 2. 5. 8. 10. 14. Accessit processu temporis fictio & perfidia. Quare cautum est lege, tum alias, tum uero in concilio Agathensi, ne statim admitterentur, sed probarentur antea spiritu, num ex deo essent: hoc est, an uere crederent, et chari-

charitate non facta accederent. Verba concilij adscribam: Iudæi, quorum perfidia se ad uomitum reddit, si ad leges catholicas uenire uoluerint, octo menses inter catechumenos ecclesiæ limina introeant: & si pura fide uenire noscantur, tum deum baptismi gratiam mereantur. Quod si infra præscriptum tempus, infirmitatis periculum incurant, baptizentur. Verum haec omnia, quid obsecro, ad recenter natos paruulos pertinent: Quādo manifestus est sermo de adultis, in quibus fictionis ac perfidię periculum sit. Forte & hoc nobis obīciet adversari⁹: Martinum octo ferme annis fuisse catechumenum, Ambrosium longiore tempore baptismi candidatum egisse. Respondeo, istos ob uitæ secularis negotia, quibus tum districti erant, in annos aliquot distulisse baptismum: id quod citra salutis suę dispendium, facere poterant. Etiam Constantinus Magnus, in ultimo uitæ suæ baptizatus legitur. Tametsi non est uerisimile, illum data opera differre uoluisse baptismum, usq; in eum temporis articulum, quo iam efflaturus esset animam. Sed cum certum illi esset, ob circumstrepentium negotiorum turbam, aliquantis per proferre lauacrum, inopinata mors incidit. Tamen

I 2 singamus

tingamus, illum studio distulisse baptismum,
quid hoc Oecolampadij causam iuuerit? po-
ste aquam non est æqua, quod sæpe iam dixi-
mus, infantium & adulorum conditio.

Hic aduertendum obiter, quod cum in ob-
seruandis præceptis, quæ nobis affirmatiua di-
cuntur, loci ac temporis habenda sit ratio, tan-
ti sper differri posse baptismum, quantis per ex-
ratione quis mouetur, ut differat. Neq; est, cur
ex hoc inferas, differri posse usq; in ultimum
spiritum. Nam et si, quod ad tempus attinet, nō
obliget præceptum affirmatiuum, nisi temp⁹
necessitatis articulum adducat: eius tamen ha-
beri debet ratio, quod ad differendum mouer-
ne uoluntaria magis sit, quam ratione constas
dilatio. Qualis utiq; illorū erat, quos & Chry-
softomus hoc nomine seuerius habet, quod cū
audirent immane peccatum esse, si quis suscep-
pta baptisimi innocentia, relaberetur: baptis-
mum usq; ad extreum uitæ terminum pro-
tulerint. Verba eius non pigebit adscribere:
Non metuis, sic ex hac uita decedere? Huma-
nus est deus inquieres. Igitur utere ea cum tem-
pus est. Alioqui delusor bonitatis eius uidebe-
re, si gratiæ expers excesseris, nulloq; pacto sal-
uaberis. Iam cum animam agit, inquieres, bapti-
zari po-

zari poterit & initiari. Sed quomodo fieri potest, ut qui iam sui compos esse desint, possit ad plenum initiari mysterijs? Eunuchus cum esset barbarus, iterque faceret, non exquisuit opportunitatem, non distulit, sed ne carcerarius quidem ille, cum esset inter uinctos, consiperetque doctorē cęsum ac uinctum, et nos usque ad extremum uitæ halitum, proferimus salutis nostræ negotium? Hactenus Chrysostomus, cuius sententia ecclesiæ suffragatur iudicium, de con. d. 4. c. Quando quis. Quod si Oecolampadij consilium, ad ea quæ dicta sunt exigas, satis ac super innotescet, quam sit inane ac futile. Proinde ad uanissimum illius somnium, hoc tandem responderim: quod cum rogatus, num qua sit ratio preferendi baptismum, nullam reddere posset, sitque periculum ne pueri recens nati, si uel incuria, uel uoluntate parentum sic decadant, salutis iacturam faciant, multo prestat illos quam primum deferre ad lauacrum, quam proferendo salutis negotio, discriminis exponere. Sed humanus inquiet, est deus, qui gratiam suam noluit hactenus alligatam esse sacramentis, ut citra haec salutem conferre renuat. Verū istius modi uerbis, se se soletur instas necessitas. Quid vero ex his fibi e blandiatur, affectata Oecolā.

padio temeritas? Certe hoc nomine Christo
agendæ sunt gratiæ, quod nemo cordatus stul-
tæ illius sententiæ, plena, quod dicitur, cæra ha-
ctenus subscriptserit. Tantum ex infima plebe-
cula leues aliqui, & quibus in proclivi sit, quod
nouum est admirari potius, q̄ quod uerū est:
pessimum hoc Oecolampadij consilium
exosculati sunt. Quod si uerum est
proverbium: Malum cōfiliū
consultori pessimū, fu-
turū spero, ut & Oe-
colampadiū
dati & il-
los
accepti consiliū pœni-
teat.

Ἐπὶ θεῷ Δόξα.

**SAN FAS SIT IN ANA,
BAPTISTAS ADEO QVE
in Hæreticos pcena capit is ani
maduertere.**

**Ambrofius Pelargus candido
Lectori.**

QUANDO hæc una ac præcipua cura esse debet, publica potestate præditis, ut pacatam habeat rem pub. Nec aliam illi spem uideam (ut nunc quidem sunt res humanæ) nisi sublati tumultuarijs: principum Germaniæ ac magistratum referre puto, ut detestados illos Christianæ religionis dissipatores, & exufflatores sacramentorū ecclesiæ, quibus possunt artibus, quibusq; oportet armis coerceant. Nam his debemus incompositos Germaniæ tumultus, bellum rusticum, breuiter quicquid errant simplices, & quicquid ferè est seditionis. Quem enim isti nō ad pileum, id est, ad seditionis libertatem uocant, qui docent manus lauandas in clericorum sanguine, qui dicunt euāgelium sitire sanguinem? Legant Erasmi responsionē ad epistolam apologeticā, ministrorum Argētoratensis ecclisiæ: tum negent se seditionum autores. Lutherum ad Coclæi scripta relego: illuc comperiet, quis tumultu agriculturarum exordium dederit. Quod utinam Oecolampadius bipedium seditionissimus, & qui concitandis seditionibus natus uideri possit, non porrexisset digitū tumultuanti factio[n]i, quam superioribus annis apud Rauracorum Basilcam, nostris oculis, nostro periculo

deniq; ingenti dolore animi conspeximus. Hac certe
 nihil proprius factum est, quam ut inuicem se trucida-
 rent ciues. Et omnino futurum erat, ni ciues Christia-
 ni furori cessissent. Pro mendacissimo obtrectatore ha-
 biturus eram, si quis istiusmodi tumultus Oecolampa-
 dium dixisset authorem, nisi ipse ingenij illius fecisset.
 periculum. Ac tum primū mihi subiit, uerum esse quod
Chrysostomus: Scilicet alienos esse à ueritate, q; se ob-
 armant multitudine: Id quod mihi deinceps perpetuum
 erit, seditionis & hæreseos symbolum, certè Ocock-
 padius nihil per omnem uitam suam profectus erat,
 cum omnibus, quos ille sibi adiuratissimos habet, si o-
 mnes etiam perluadēdi uias expertus fuisset: nisi ab im-
 perita multitudine implorasset suppetias, quò rem po-
 tentia & armis potius, q; scripturis & rationibus gere-
 ret. Hoccine est ueritate uincere. Sed ita est hæretico-
 rum ingenium, quibus nisi iustis armis occurrant Ger-
 maniae principes, actum de Germania nostra fuerit.
 Prophanis principibus datus est gladius arcendis im-
 pijs, ac publicè tranquillitat is perturbatoribus. Verum
 quod illi faciunt ensibus ferreis, hoc idem potestatisbus
 ecclesiastici ordinis, faciendum est gladio spiritus, qui
 nimirum in hoc illis datus est, ut pro ecclesiæ castris di-
 micent. Hinc & Apostolus, fidelis sermonis tenacem
 uult esse Episcopum, ut per sanam doctrinam exhorta-
 ri possit efficacius, & ora contradicentibus occludere.
 Quod utinam muneris sui, pro se quisque meminissent
 tum prophani, tum sacri principes: & fatali malo, cum
 primum prodire coepit occurriscent celerius: non huc
 usq; progressa esset tragœdia, quæ nunc nimium incru-
 duit. Negant licere magistratibus, ut hæreticos ob solū
 hæreseos crimen, capitis suppicio afficiant: sed suo re-
 linquen-

Inquendos animo , suoq; seruandos iudici , cui poenas
dendent aliquando , satisq; esse uolunt , q; suo ipsorum iudi-
cio damnati sint . Nostra nō referre , si quid peccent fal-
sis opinionibus modò non euomant blasphemias in
Christum , aut alios ad defectionem sollicitent , aut reli-
gionem nostram petulantius incessant . Quo mihi ue-
hemens quædam suspicio ac penè opinio fit , istos dum
lenes ac mānsueti uideri uolunt , suam interim causam
agere . Quis enim aliud coniectare posset : cum ij qui hæ-
retici sunt , omnibus modis urgent , ne trucidentur hæ-
retici . Non est hoc defendere ueritatem , sed maleficijs
impunitatem querere , id quod Donatus quoq; cona-
tus est , adserens librum arbitrium datum esse homini ,
ac proinde suę permittendum uoluntati . Cui notū est
quid Augustinus respondeat epistola . 114 . Si , inquit , uo-
luntas suæ permittenda sit libertati , cur Sapiens iu-
bet , filium durum corripi , & latera eius tundi ? Cur etiā
corripiuntur peccatores ? Quantò igitur rectius ortho-
doxi statuunt , ius esse prophane potestati , ut cōuictos
de hæresi , maximè ubi in sententia persteterint , capitis
supplicio afficiat . Videndum itaq; num qui sint loci in
sacris literis , ex quibus commodè possit colligi , ultimo
supplicio animaduertendū esse in hæreticos . Dein ex-
cutiendæ sunt constitutiones pontificiæ simul & leges
Cæsareæ . Postremo loco dissoluendæ rationes , quibus
nituntur aduersarij .

Olim mā datum erat , ut in rebus ambiguis , iudicio sta-
rent sacerdotis , quocunque ille iudicasset : ac supplicio
iussus est affici , qui nollet obtemperare . Quāto magis
mulctandi sunt morte , qui ecclesiam non audiunt ? An
fortassis malum est , scandala & occasiones malorum ē
medio tollere ? Quis autem nesciat , hæreticos in regno

Christi suscitare scandala? Quis etiam pastor rapaces lupos non prius occiderit, quam finat oves ab ipsis dilaniari? An non charior illi esse debeat falso ouium, quam vita luporum? Proinde cum alterutros perire necesse sit, hoc est, aut oves aut lupos, prestatiterit lupos occidere, quam uniuersi gregis facere iacturam: Itaque si saluti animalium aliter prospici nequeat, quam haereticorum morte, afficiendi sunt supplicio. Iam deus precipit trucidari idololatras: Deutero. 13. Le. 20. Præterea falsos prophetas. Deut. 18. Quod si non ita abrogata sunt iudicia, quin postliminio reuocari possint, ut iam quædam reuocata sunt. Quod genus est: Omnis qui accepit gladium, gladio peribit: cur non possit ecclesia si miles statuere leges, similiter peccantibus? Verum hæc rationem, huiusmodi uerbis Brenczius eludit. Lex crassa corporalibus, externisq; rebus constat, quæ figuræ erant eorum, quæ in noua lege erant manifestanda. Ergo ut tum lapidatus adhibebatur gladius circuncidēdis infantulis, ita nunc spiritualis adhibendus est iugulandis haereticis, potius quam corporeus. Non video, quorsum ista dicat Brenczius: Nihil enim circuncisio ad rem præsentem attinet, quæ cærimonialis est: cum nobis de iudicialibus sermo fit. Nec de utrisq; par est ratio. Alioqui & illud, de spirituali gladio interpretandum nobis erit, quod Gen. 6. dicitur: Quicunq; effuderit humanum sanguinem, effundetur sanguis illius. Atqui diuersum Christus sensit, dicens Petro: Omnis qui accepit gladium, gladio peribit. Proinde quis ferat incommodum istum, sacræ scripturæ interpretem? In quem usum iudex portat gladium, si illius non refert, de fontibus supplicium sumere? Atqui non sunt infantes haeretici, quos & Augustinus ex hoc Pauli uerbo probat

probat plectendos esse, libro 1. confessionum & Bernardus item sermone 66. scribens in Cantica canticorum. Quanq; & hanc quoq; rationem Brenczius conetur eludere, colligens ex omnibus (si placet) circumstantijs, de externis hominum prauis actibus, quibus peccatur in rem pub. Apostolum oportere intelligi: nō de spirituali incredulitate. Qua uero licentia plusquā procacissima, hæresim inter spiritualia uitia recenset, quam Paulus fructibus carnis adnumerat. Sed ut largiamur quodantenus, spirituale esse uitium: qua tamen fronte contendit, spiritualia non esse punienda? Nisi fortassis spiritualia ea appelle, quæ nobis occulta, atq; intra retru fissimos animi secessus abdita sunt: propter quæ occidē dum esse hominem, ne ipse quidem dixerim. Negi ecclesia hoc sibi sumit, ut de occultis internisq; animi motibus iudicet. Quod si interne latens uitium, seipsum peditat: obnoxium fit ecclesiæ iudicio. Atqui eiusmodi est hæreos crimen, ut raro aut nunquā intra suam pelluculam, quod dicitur, se cōtineat: quin prodit, seq; ipsum (qua est arrogancia) ostentat.

Accedit his, quod Iustinianus adulterio pœnam capitis statuit. Quāto igitur digniores sunt morte, qui scripturas sacras adulterant? Est quispiam ex istorum sodalitio Franciscus Lamperti, qui cupiat adulteros, post factum diuortiū, lapidibus obrui: id quod beneficij loco habet, scilicet, ne in ustione uiuant absque refrigerio, dum illis non cōceditur, ad altera uota transfire: & nos pestiferos non occidemus hæreticos, ne multos trahāt in luem? Et ob furtum, quod adulterio longe inferius est, hominem laqueo præfocant: & nō licebit, ut ob hæreos crimē, quod & adulterio & furto longe est gravius, trucidemus hæreticum? Quin etiam apparamus

arma

arma in Turcas, ac etiam sumimus, ubi res postulata.
Ergo & hoc licebit, ut igne ac ferro occurramus, multo
deterioris nota hæreticis. Et pro homicidio exca-
nificamus hominem, pro animicidio capitali animad-
versione nō mulctabimus hæreticum. Quibus autem
pœnarum generibus afficiendi sint hæretici, inquire-
dum. Evidem nulla lege, neq; diuina quod sciam, neq;
humana decretum est, exurēdos esse. Verum cum illos
humanæ leges damnent capititis, nō perinde refert, quo
illos suppliciorum genere extinxeris. Constitutio quæ
in Cod. lib. 1. Titu. de Hæret. fertur octaua, libros &
chartas iubet exuri, doctores capite plecti, eis qui disce-
di animo hæreticorum circulos adierint, decem libra-
rum mulctam dicit. Eos uero, qui illorum libros apud
se seruant, manifestum hæreseos fauorem præ se feren-
tes, in peregrinum orbem deportari iubet. Ea constitu-
tio tametsi in Manichæos, Samarit. Marcio. Appollina-
ristas nominatim sit ædita; pari tamen causa quolibet
serit hæreticos. Etiam constitutio pontifícia, quæ est in
decretali. lib. 5. Titulo de Hæret. cap. Ad abolendam:
conuictos si in errore persistant, aut in abiurata semel
hæresim prolabātur, secularis potestatis arbitrio tradit,
digna ad animaduersioune puniendos. Vbi à quopiā adie-
ctum est, ut exurantur: quod qui fecit, nō ad legem alii-
quam, sed ad consuetudinem respexisse uidetur, quæ ui-
ce legis est imò legem facit. Quemadmodum si lex ali-
qua diceret, fures esse perdēdos: Et interpres quispiam
adixeret, suspendio: consuetudinem magis quam legem,
hoc additamento indicans. Nulla siquidem lege decre-
tum est, suspendio perdere fures. Imò cauer Iustiniani
sanctio, in Cod. lib. 6. lege 63. nouo iure, ne mulctetur
suspicio, imò ne mutilentur quidem, nam quod Fride-
ricus

ricus Barbarossa Tit. de pace tenenda statuit, ut poena
plectetur furce, si quis quinque solidos (quo nomine
aureum nummum intelligunt) furatus esset: infra ex-
coriaretur scopis & tonderetur forpice: correxisse ui-
detur, cum alio loco dicit: Iniuria & furtum legitimè
puniantur, id est, (ut iuris prudentia præditis placet,
Baldo, Alphorono & Alexandrino) iuxta leges anti-
quas Romanorum. Vetus porro Iustiniani sanctio,
cuius mox meminimus, diurnos fures cogit in duplū
restituere, nocturnos in quadruplum, nisi grassatores
fuerint. Certe Scotus multis probare conatur, non esse
adigendos in patibulum, Idem facit Raymundus Re-
gius itemq; Nicolaus à Lyra. Verum hic consuetudo
præualet, quæ furibus laqueo uitam extorquet. Ea pro
lege suscipitur, ubi nulla est legis præscriptio. Imò tan-
ta est illius uis, ut legem antiquet & abroget. Si lex ra-
tione constat, lex erit omne, quod recta legislatoris ra-
tione constiterit, etiam si literis proditum non sit: nam
lex ratio, non scriptura cōmendat. Alioqui si quid
ex eo lex dicitur, quia scriptum sit, lex erit omne quod
scriptum est. Sin ideo, quia ratione cōstat, lex erit etiā,
quod scriptum non est. His obiter uisum est ostendere
uim & naturam consuetudinis: Est cui videatur, hinc
inoleuisse consuetudo, ut fures mulctentur suspendio,
quod lex latronem iubeat plectri capite, & Gallorum
uulgas furem, latronē appellat: Hoc an uerum sit, alij
iudicent, certe Itali latronem appellant, quem nos fu-
rem. Eadem etiā poena siue apud nos, si apud illos ple-
ctitur, qui rem alterius furtim abstulerit.
Mihi uidetur Iudas Iscariotes, huic cōsuetudini dedisse
exordium: qui cum fur esset, ipse sibi mortem consciuit,
hoc scelere dignam. Sed hæc extra institutum, cæterum

ut ab hæreticis in genere, ad anabaptistas tandem de-
scendamus. Non desunt cōstitutiones Cæsareæ, quibus
olim occursum est illorum perfidiae. Nam ita habet lex
Valentiniani, Gratiani, & Valentij. A A A. quæ est in
Cod. lib. 1. Tit. Ne sanctum baptisma iteretur. leg. 1.
Antistitem qui sanctitatem baptismatis illicita usurpa-
tione geminauerit, sacerdotio indignum existimamus.
Eorum enim errorem condemnamus, qui Apostolorum
præcepta calcantes, Christiani nominis sacra sortitos,
alio rursus baptismate non purificant, sed incestant ac
polluit. Hanc legē proximè sequitur alia in hæc uer-
ba: Honorius & Theodosius. A A. Anthemio præfe-
cto prætorio. Si quis rebaptizare quempiam, de mini-
stris catholicæ sectæ, detectus fuerit, una cum eo qui
piaculare crimen admisit (si per ætatem capax sit cri-
minis, cui persuasum sit:) ultimo supplicio percellatur.
Verum has leges Brenczius in plusquā uirulento libel-
lo conatur crephygetis aliquot, ab anabaptistis auerte-
re. Quod cum parum feliciter succedit, leges ipsas un-
dīq; arrodit, nūsq; non occasionem sumens calūnias.
Principio, inquit, non d: omnibus Christiana lex com-
muniter loquitur, sed de ministris tantum ecclesiæ: qua-
les sunt Acolythi, Lectores, Exorcistæ, Ostiarij, Sub-
diaconi, Diaconi, Presbyteri & Episcopi. Hi tantum
plectendi sunt iuxta legē, ut in literis comprehensa est,
Hæc ille manifesto utiq; errore, cum textus clarè pro-
nuntiet utrumque plectendum capite: Fortassis fefellit
ordo uerborum, quæ iuxta germanam sententiam sic
ordinanda sunt: Si quis de ministris catholice sectæ, quæ
piam rebaptizare detectus fuerit, Nam si de ministris
tantum loquitur ecclesiæ, quorū attinebat addere: si
per ætatem capax sit criminis, cui persuasum sit: Quis

In ministrum assumitur ecclesiæ, qui capax non sit criminis cuiuscunq; tandem generis? Mox contendit, de his tantum loqui ius Cæfareum, qui in ipso facto deprehendantur, non de his, qui iam rebaptizati sint, Hoc quām uere dicat aliorum esto iudicium, mihi non uidetur hoc texus dicere, quod iste singit, deinde dicit non hoc agere legem neg; in hoc rogatam esse ut reabaptizatos ullo supplicio afficiat, sed ut terrorem incutiat. Sed unde probat legem ad terrorem uerius q; ad exemplum æditam? Coniecturam adsert de qua cum ipse dubitet, nihil probauerit. Nam cū fortasse, inquit, id temporis Anabaptismus ualde foret in usu & crebro, neg; tamen aperte fieret, uoluit Cesar Anabaptistis lege occurrere ac poena terrere potius quām trucidare. Hic palām uides Brēnczium nō agere dialectice, dum assumit in probationem quod ipsum probādum fuerat, et assumit quasi certū, et confessum quod in questione uersatur: Voluit, inquit, lege anaba, occurrere ac poena terrere potius, q; trucidare. Negat præterea de nudo anabaptismo sermonem esse, argumento q; in Trihist. lib. I. cap. II. Is Anthemius ad quem Cætares hæc perscripserunt uir fuisse legatur suæ ætatis prudètissimus, nihilq; Theodo. illo inconsulto egisse aut statuisse, quin illius auspicio omnia fuisse confecta & ordinata: Mox huius prudentiæ summam Theodo. pietatem adiungit, adserens ita illum sacras literas calluis se ad unguē, ut memoriter recitare posset, tandem hinc colligit, quod nos quoq; adserimus: Non esse uerissimile Theodo. imprudenter ac temere in hac lege statuisse aliquid, uerum quod subiicit impie nedum incogitāter actum fuisse, si quem simplicis erroris gratia (hoc est, ob solum hæreſeos crimen) carnifici iugulandum obiecisset

Obiecisset, nemo cui quidem pectus sapit, non negat. Vnde quod concludit hanc legē, alia ratione fuisse conditam & aliā causam innuere quā simpliciter anabaptistarum gratia rogatam fuisse, suo more facit. Ac subinde ueritus opinor ne quis causam postulet quā ipse dicit legem uoluisse innuere, adiūcit. Huius autem causa nulla sit mentio, quod leges istae Epitome quædam sint: utpote ex fontibus, id est, ueris libris iam nunc nō extatibus summatim excerptæ, hoc ut uerum sit, tamen aduersarij partes nō adiuuat. Progrediens conatur ex lege quam aliquanto superius citamus perspicuum facere hanc legem de nudo anabaptismo non posse accipi: Hoc, inquit, nō ambigue notari potest ex Lege Val. & Grac. Nam si Cæsares isti, contenti sunt Episcopum suo officio destituere, qui fiet ut alij duo tam efferaτæ sint tyrannidis, ut morte mulctari uoluerint miserum populi? Sed unde isti constat hac pœna contentos esse uoluisse Cæsares, An qui indignum destituit functione sacerdotij: contentus est hac illum affecisse pœnam. Prætereo quod hic dicit legem Hon. & Theodo. loqui de laicis, cum diuersum superius dixerit. Audi uero aliam legem, quā probando proposito adfert ex Codice li. i. Titulo, inquit, de apostasia scribitur: Si quis inhonestā lege comprehensus fuerit, ac tandem, ē Christianismo in Iudaismum relapsus, semetipsum blasphemæ illorū synagogæ adiunxerit, illius bona publicitus diripiēda mandamus. Hic rogat, utrum maius sit, si quis uno tantum sacramento abutatur aut prorsus à fide desciscat. Ac mox quasi iam constet, mitius puniendum esse, qui uno tantum abutatur sacramento, quām si à fide apostatauerit, in hunc modū argutatur: Qui à fide descivit in Iudaismum, illius bona confiscantur. Nemo ergo

Ob solum hæreſeos crimen dñandus est capit. Quasi uero legum autores poenas infligant, iuxta naturam ac pondus criminum, & non potius ut maximè ex rep. esse duxerint. Exigit subinde reipublicæ commodum, ut magistratus crimen, quod natura leuius est, multo acerbius puniant alio quamlibet immani flagitio. Re-cte proinde hæretici è ciuitatibus exiguntur, nō autem laici apostatae. Cod. de sum. Tri. lib. 2. Quod periculū sit ne falsa dogmata disseminent, Neque enim obscurū est, quantum impostores hæretici reipublicę Christia-nę sub ouilla pelle, hoc est, dum maxime uideri uolunt id esse quod sunt, alijs officiant. Quod non facile effe-rit apostata, qui à Christiana religione tot⁹ descivit, ni hilg⁹ minus haberet desiderat, quam Christianus. Pro-inde non sequitur, si legum decreto fortunarum iactu-rā apostatae faciant, hæreticos nō plectendos esse capite.

En tibi aliud argumentum. Ius, inquit, Cæſareum neminem hæreticum grauiori poena afficit, q̄ quod o-mnibus priuilegijs Cæſareis coguntur esse orbi. Qui ergo tam acerba poena anabaptistarum error mulcta dius esset. Ergo lex Cæſarea non ad nudum anabapti-starum errorem respicit, sed ad aliud quoddam exten-num flagitium hic non expressum, quod tunc adh̄essisse anabaptismo, non est falso simile. Cum hic meras nu-gas agat, non illum dignabor responso.

Postremo legem, quoniam illi crudelis uidetur in episcopos reiçti. Si nudum, inquit, anabaptismum respi-cit, non aliunde quam cruentorum episcoporum instin-ctu rogatam esse, jurare ausim: quorum magnum nu-merum sub Theodosio fuisse non ignoramus. Neq; res erat magni negotij horum flectere Cæſarum animos. Cum enim adhuc essent Christiani nouitij, statim epi-

K scopo-

scoporum uerbis mouebantur, existimantes nihil non esse uerbum dei, quicquid ab illis uspiam fuisset prolatum: Hactenus iste. Hoc porrò quoniam parum respōdet ijs, quae aliquanto superius ab ipso dicta sunt, impudentissimè cuiusdam malignitatis argumentum est. Nam si tantum ualuit apud Theodosium unius Anthemij prudentia, ut hoc inconsulto nihil faceret, qui consistit ut suggesterentibus episcopis, legem tam crudelē tamq; sanguinolentam, q; Brenczio uidetur, tulerit. Qui etiā fieri potuit, ut Theodosius uir & insignipiet te, & quis sacras literas (si quid Brenczio creditur) ad unguem tenuit, perpellentibus episcopis iniquam legem tulisset? Quomodo deniq; cruentorum episcoporum uerbis hic adduci potuit, uir ex æquo pius & doctus, ut crederet nihil non esse uerbum dei, quicquid illis uenisset in buccam? An non hic sermo seipsum elidit, & fallum esse omni ex parte demonstrat? Si crudelis est lex de occidētis anabaptistis, quis eam nisi pessimus rogare potuit? Sin ab optimè note autoribus profecta est, non potest non pessimum esse, qui hanc quasi cruentam calumniari tentauerit.

Supereft ut rationes excutiamus, quibus negāt fas esse, hæreticum hominem ob solum hæreseos crimen capitis supplicio plectere. Primus prodit Lutherus, cuius hæc est assertio: Exuri hæreticos, est cōtra uoluntatem spiritus. Hanc probat ex illo Esaiae: Cōflabunt gladios suos in uomeres, & lanceas suas in falces. An hic Propheta tempus futurum significat, quo non liceat publica potestate præditis, animaduertere in scelerosos? An fortassis hoc non est gladium potestatibus ē manibus excutere? Eiudem generis est, quod ex codē Proprietatib; citat: Non occident, & non nocebunt in universo monie

monte sancto meo. Praclaræ scilicet probationes & hoc ingenio, quod subruendis prophetarum sensis natum uideri possit, non indignæ. Priorem prophetæ locum Hieronymus de pace orbis, quæ Christo nato aliquando sub Octavio & Tiberio. A A. fuisse legitur, intelligit. Posteriore itidem, pacem in Christi aduentu, de quo toto ferè capite loquit, fore significat inter iudeos & gentes, inter tyrannos persecutores & manuetos Christianos: quod factum est persecutoribus ad fidem conuersis. Hoc satis appositè sermo diuinus nobis expressit, dum ea animantia coniunxit, quibus alioqui nihil inter se conuenit. Habitabit, inquit, lupus tum agno, pardus cum hædo accubabit, uitulus & leo & taurus simul morabuntur, & puer parvulus minabit eos, bos & ursus simul pascentur, simul recessent catuli eorum. Et leo quasi bos comedet paleas. Et oblectabitur infans ab ubere super foramina aspidis, & in cauernam reguli manum suam immittet. Mox sequitur quod inducit aduersarius: quo Propheta significat, omnia fore pacatissima, tyrannos feroceſ & asperos uertendos in mansuetudinem & pacem. Quod de Christi discipulis adfert: qui cum uellēt ignem à celo deducere, perdendis ingratiss & impijs, à Christo coerciti sint: nihil facit pro aduersario, posteaquā constat, hoc illos fecisse vindicandi studio magis, quam amore iustitiae. Proinde ea vox Christi: Necituis spiritus sitis. Nō uenit filius hominis animas perdere, sed saluare: discipulos à uindictæ affectu reuocat, non admitt ius gladij potestatibus. Quod enim prophana potestas supplicium sumit de hæreticis, facit ne animarum salus in discrimen ueniat, si hæretici impunes profiant.

Progre*diēs* dicit: Christus nihil armorum sumi iussit, nec aliam poenam imposuit, quām ut pro ethnicis ha-
berentur, qui non audirent ecclesiam. Verum hoc non
de h̄ereticis dictum est, sed de Christiano fratre in nos
peccante. Huic confine, quod Lutherο adiūti adscrūt,
Paulus, inquit, monet deuitandos esse h̄ereticos, non
exurendos. Hoc argumentandi genere nihil effici uel
cæco perpicuum sit. Perinde enim fuerit, ac si quis sic
argutetur: Non præceperunt Apostoli, fures suspende-
re. Non ergo agendi sunt in furcas: non statuerunt illi,
linguam blasphemam ferro resecandam. An ideo non
licebit prophane potestati, hoc pœnè genere multare
blasphemos? Apostolus itaq; dum monet deuitandos
esse h̄ereticos, nō negat illos animaduersione dignos:
neq; cauet, ut si res ita ferat, tollantur è uita. Verū tum
non erat Christianis integrum, de h̄ereticis suppliciū
sumere, quod penes infideles esset potestas non penes
Christianos. Ergo quòd unum facere poterat Aposto-
lus, admonuit ut deuitarent h̄ereticos. Neq; statim se-
quitur, modo nō licere, quòd tempore Apostolorum
fieri non poterat. Tum obiciunt, Seruatorem cū pre-
cepit discipulis ne eradicarent zizania, sed finerent unā
cum tritico crescere: dum illo ad maturitatem adulto,
zizania ligentur in fasciculos ad comburendū: uetusse
hac parabola ne Christiani è medio tollant h̄ereticos,
sed tantisper illos permittant in peius proficere, dum
finis mundi appetat. Atq; ad hoc Chrysostomum ad-
ducunt, qui Hom. 47. in Math. Simpliciter interpre-
tatur parabolam hoc docere: ne trucentur h̄eretici.
Non prohibit, inquit, haereticorum conciliabula dissi-
pare, obstruere, & loquendi audaciam concidere. Verū
interficere & trucidare. Respōdeo: Causa prohibitiōis
huiusc

huiuscemodi, intelligentiam, nobis uerborum suppeditat tum Christi, tū Chrysostomi, Adiecit namque Christus: Ne simul eradicetis & triticum quod Theophila etus Chrysostomi emulus, huiusmodi uerbis explicat: Non permittit deus bellis extingui impios, ne simul patiantur consumanturque & iusti. Quo perspicuum evadit, Christum non simpliciter uetusse, ne suppicio afficiantur hæretici: sed monet, non esse tollendos, quando minore pernicie tolerantur quam tollerentur. Itaque si periculum sit, ex illorum nece maiori subinde tragœdia rem deteriorem fieri, multo præstiterit illos tollere. In hanc sententiam uerba Christi interpretatur Chrysosto. atque hunc secutus Theophilactus. Quin & Augustinus in hunc modum uerba tractat, ut nusquam retractet.

Sed duriuscule, inquies, cohæret cum eo quod sequitur: Sinite utraque crescere usque ad messem: quia consummationem seculi seruator intelligit: respondeo non ægre cohaerere. Quoniam & hanc particulam ad cōditionem accipi conuenit, scilicet potius tolerandos esse impios usque ad consummationē seculi: quia è medio tollere, si periculum sit incompositioris tumultus. Ergo non uetat Christus eradicari zizania, si paulatim & absque periculo euelli possint, ut fomentum sint ignis.

Obijciunt Hiero. qui hoc pacto parabolam edisserat: Datur locus pœnitentiæ, & monemur ne citò amputemus fratre: fieri enim potest, ut qui hodie noxio deprauatus est dogmate, cras resipiscat et defendat ueritatem: Hactenus Hieronymus cui⁹ uerba à nobis stant, si quis perpèderit. Qui enim monet, ne citò amputemus pestifero infectum dogmate, significat tandem amputandum esse, si nolit resipiscere. Et nos ergo sentimus,

non mox apparandum esse rogum, si quis frater in errorem lapsus fuerit. Neq; statim est hæreticus, qui à fine aberrauerit, & spes est fore, ut qui lapsus sit, admonitus resipiscat. Imò ne conuictum quidem hærescos, mox conuenit ad incendiu pertrahere: sed omnia prius tentanda sunt, ut abiurato errore, ad meliorem frugē sese recipiat. Christ⁹ nāq; q; nihil antiquius habuit salutē humani generis, etiam pro illis redimendis sanguinem effudit, ne leuem putemus esse iacturam, si mox exurantur. Et charitas monet, ut propensiores simus medendi, quam perdendi. Imò iurare ausim, non esse remedium presentius, quam si charitate medeamur deceptis. Iam periculum est, ne si mox in ignem coniicias hæreticos, potentia magis obruti, q; ratione conuicti videantur. Cum enim pertinax illorum sententia non videatur ratiōe carere, nec desint illis scripturę, quibus se putant munire posse dogmata sua, sit ut in eam ueniant animi persuasionem, ut putent se ueritatis nomine insectationem perpeti. Quo infracta quædam oritur & constans in omnibus tormentis, perduratio. Et serè fit, ut pœna illis exitio sit citius q; remedio. Postremo uereor ut hac ratione, pro hæreticis factos habiti simus Christianos, qui errorem dissimulent, non excutiant. Sunt autem eiusmodi multo nocentiores, q; hostes professi. Primum itaq; conuenit, eos qui forte ab alijs persuasi, in errorem prolapsi sunt, admoneri ac reduci omni studio. Quod si omnibus, quod dicitur unguiculis tenere pergant sententiam, scuerius obiurgandi sunt ac publicè arguendi, quò cæteri timorem inde concipient. Hoc si nihil queat profici, puniendi sunt damnis pecuniarijs, carcere, inedia. Tum feriendi anathemate, ut pudore correcti ad mentem redeant. Quod si omnibus

omnibus frustra tētatis, infracta illorum pertinacia re
tundi nequeat, sed castiganti ecclesię medium unguem
(quod dicitur) ostēdant: tum demū afficiendi sunt moe
re, ne non resecato membro insanabili, malum serpat
latius. Quorsum igitur prodest aduersarijs, quod auto
ritate Hieronymi tantopere cauent, ne mox plectatur
hæretici: cum hoc non sit disputationis nostrę thema,
neq; hic in disquisitionem nocetur: An mox plectendi
sint hæretici? Quis enim cupiat, illos actutum rapi ad
supplicia? Simplex est disputationis thema: An liceat
hæreticos ob solum hærescos crimen, exitiali supplicio
afficere. Tametsi eiusmodi argumento mire sibi pla
ceat Brencij non interim aduertens, quod nouum di
sputationis genus ingreditur, & quod ad rem prese
tem nihil attineat. Si, inquit, mox morte mulctandus
esset quisquis sacra nō recte intellexerit, quotusquisq;
Christianorum ceruicem suā securam habebit? Bis hic
bipes iste asinus peccat. Primum cum nos docentes fa
cit, omnes eos qui sacrā scripturā perperā intellexerint,
morte mulctandos. Deinde cum nobis impingit, qui
doceamus hæreticos mox rapiendos esse ad supplicia.
Aliud nobis argumentum adferūt, ipsorum opinione
irrefutabile. Tantisper, inquiunt, ferendi sunt hæretici,
quamvisper spes est, illos ad meliorem mentem reditu
ros. Nunquā autem desperandum est, quām diu illi spi
rant. Respondeo: Si certius sit periculum quod immi
net, q; sperata resipiscientia, multo prēstiterit tolli hære
ticos ē medio, quām tolerari maiore gregis dominici
pernicie. Raro inuentus est, qui migrarit ex ingenio,
ut illorum resipiscientiam optare magis, q; sperare li
ceat. Quin uidemus iamducum ad meliorem mentem
prouocatos, dei benignitate abuti ad peccandi pericula

ciam , nihiloq; reddi meliores , sed quod Paulus dicit ,
 semper in deterius proficere . Certe si quid argumentū
 habet ponderis , neminem licebit damnare capitū quāli
 bet scelerosus sit : Quorsum ergo distincti uncula Bren
 cij , qua in alios uult animaduerti , in alios non item . Si
 tale sit uitium , inquit , quod communi & ciuili tranquil
 litati officiat : quale est furum , raptorum , latronū , ple
 ctendum est morte . Sin publicae paci nihil incōmodet ,
 quale hēresis , nefas fuerit pro huiusmodi trucidare ho
 minem . Quid igitur ? Deuincendi sunt , inquit , gladio
 spiritus , non ciuili . Est enim diabolus hēreſēōn autor ,
 luci inimicus . Quocirca q̄ primum lux ueritatis emi
 cuerit , tenebrarum principi arripienda est fuga : Quid
 audio ? Deuincendi sunt gladio spiritus , q̄ in hoc ip̄sum
 datus est . Accipio ac fateor , hoc primum esse iugulan
 dos quoad fieri potest . Cui si nihil queat profici , proph
 etae potestati relinquendi sunt , quæ illos plectat capite .
 Possem hic respondere Brenczio , ac alijs anabaptista
 rum patronis , quod Augustinus Gaudentio obiſſenti
 deum ad docendum populum Iſraēl , prophetis dedisse
 prēconium , non imperasse gladium regibus : Seruato
 rem item animarum , ad insinuandam fidem pescatores
 misisse , non milites : respondisse legitur . Audite ergo
 sanctos prophetas & pescatores , & molestos non patie
 mini religiosissimos reges . Nam & hoc ad curam re
 gis pertinuit , ut Niniuitæ deum placarent , cuius iram
 Propheta nunciauerat . Qm̄ diu ergo uos non tenetis
 ecclesiam , quam pronunciauerunt prophetæ , pescato
 res plantauerunt , tamdiu reges qui eam tenent , rectiſ
 sime ad suam iudicant pertinere curā , ne aduerius eam
 rebelletis impune . Nam & Nabuchodonosor eos , qui
 blasphe-

blasphemabant dominum, religiosa severitate fornacis ardētis igne coercuit. Hactenus Augustinus. Vbi uero didicit hāc dialecticam Brenczius. Hæretici gladio spiritus iugulandi sunt, non ergo ciuili gladio plectendi. An non & alia flagitia, quibus peccatur in rem publicā, gladio spiritus iugulanda sunt, quæ tamen prophana potestas punit? Ne interim dicam, nihil huc quadrare uerbum deuincendi. Quis proprie dicat hæreticos gladio ciuili reuinci? Non hoc reuincuntur, sed infraicta illorū pertinacia rescinditur ac resecatur. Quod de diabolo cauillatur, qui simulatq̄ lux ueritatis emicuerit, sese proripiāt: ridiculum est. Quotusquisq̄ hæreticorū ad mentem redijt, postq̄ etiam manifestissimis scripturis, ac ipso meridiano sole clarioribus, conuictus est. An resipuit Arrius? An hæresim abiurauit Sabellius. Vociferetur nunc Brenczius, deuincendos esse gladio spiritus. Optarim equidē, istiusmodi armis aliquid profici. Quid uero si conuictus perstet in sententia, ut uimus duriceruicos esse hereticos. Omnis malitia (Chrysostomus ait) ratione ueritatis constricta, confunditur aliquoties, corrigitur autem nunq̄, eorum maxime qui proposito malo, non ignorantia peccant. Quid etiam si negent se conuictos, imò si dicant, à se esse uictoriam, etiam posteaq̄ errorē manifesto reuiceris? Quid si dicant, & ipsis esse uerbum dei, ac rectē etiam intellectū: ut certe non desunt anabaptistis scripturæ, quibus hæresim suam fulciant, & exornent. Imò quis hæreticorū non habet scripturas, quibus sua constabiliat? Quid de nichil futurum censes, si eiusmodi sit hæresis, quæ aperta & luculenta scriptura refelli non possit? Id quod anabaptistarum errore Lutherus Oecolam. & Melanchthō ipsi fatentur. Eat nunc Brenczius & dicat, deuincendos

K 5 esse.

esse gladio spiritus, non ciuili. Sed dicat prius, quid ha-
ctenus profectum sit scripturis & disputationibus. Ta-
tum abest ut se fareantur uictos, ut non uereantur En-
comium sibi canere ante uictoriam. Et tamē isti nihil
aliud fieri uolunt, q̄ disputando litem transfigere: cum
hoc raro succedat. Quanto igitur consultius est quod
Tertul. suasit, non prouocandos esse in certamen, ubi
æquo negandi & defendendi gradu nihil utilitatis ad
audatores redeat: & pertinacior ferè reddi soleat, cuius
gratia in congressum descenditur. Proinde ad cōsilium
Pauli orthodoxos relegat, qui hæreticum hominē post
unam & alteram correptionem, deuitandum suadet:
Vbi hoc obiter aduertendum. Tertul. legisse, post unā
correptionē, id quod interpretatio ipsa ostendit. Non
inquit, dicit post unam disputationem, sed post unam
correptionem. Et post unam, inquit, ne more Christia-
ni semel & iterum, & sub duobus aut tribus testibus ca-
stigandus uideretur. Atq̄ ita reuera legisse appetet. 3.
cont. hæret. cap. 4. Neq̄ secus refert Ambrosius. Se-
mel, inquit, corripiendus, dein deuitandus: ut sibi ipsi re-
lictus aut frigeat remine obſistente, aut solus pereat.
Semel duntaxat admonendus est, ne si id ſepiuſ fiat, cō-
firmator in malo reddatur. Cyprian⁹ à ſe uariat. Cum
enim ad Qui. cap. 78. legat post unam correptionem,
nimirum Tertullianum fecitus: alibi tamen refert, ut
nos quoq; legitimus: niſi à ſciolo quopiam adiectum fit,
quod apud nos legitur, & alteram.

Iam in Codice Titu. de ſum. Tri. & fide catholica, ſub
interminatione cauetur, ne quis de fide Christiana, pu-
blice coadunatis & auidentibus turbis tractare præfu-
mat: quod illicitum fit, ea quæ iam olim recte iudica-
ta ac definita ſunt, reuocare in dubiū & publicē dispu-
tare:

tare: unde oriri possit tumultus, sedatio ac perfidiae maior occasio. Objiciunt legem de diligendo proximo, cui dicitur aduersetur lex de trucidādis hereticis. Imò plectendo hereticos, maxime persicatur lex diuina, quæ proximum præcipit diligere. An non diligit concreditam sibi multitudinem, qui noxios ē mediotulerit? Imò misericorditer unus plectitur, ut multorum saluti consultum fiat. Quæ uero est ista charitas, uni parcere, & multos in discrimen adducere? At inclemens est, hominem ignibus tradere. Nō reclamo: modo talis sit, cuius uita alijs esset profutura. At hereticus neq; sibi, neq; alijs est utilis, talisq; est ipsius uita, ut summam esset allatura iacturam, ni o. cideretur. Sed si istorum animus tam propendet ad clementiā, cur an baptistas afficiunt capitali supplicio? Raro, inquiunt, legitur imploratum à Cæsare præsidium aduersus hereticos. Quin legimus Cyprianum & Ambro. episcopos gladium Cæsareum, ab occidendis hereticis non nunquam cohibuisse. Sed ne Augustino quidem imploratio prophanae potestatis, arcendis hereticis aliquando placuit, existimanti non alijs armis occurrentū illis esse, quam uerbo dei & precibus: & si malum foret in sanabile, anathemate. Evidem nō reclamauerim, Cyprianum, Ambro. aut alios aliquot, primarię autoritatē uiros, qua erant clementia, miseram hereticorū sortem indoluisse, ac subinde pro ipsis intercessisse, non nunquam etiam exorasse ueniam. Verum hoc tam nō conficitur, tum non licuisse hereticos exitiali supplicio afficere, quam ex ortu solis non sequitur esse noctem. Quod de Augustino adferunt fateor. Abhorruit illius animus ab occidendis hereticis usque adeo, ut crebris epistolis obtestatus sit præfectos Cæsaris, ne Donati-

Ita cum non modo hæretici essent, uerum etiam horre-
 do latrocinij genere in orthodoxos graflarentur, occi-
 derent: ueritus ut male succederet. Verū cum huc per-
 pelleret Donatistarum & Circ. peruicax & insanabi-
 lis insania nimium diu tolerata, agitatum est, inter
 episcopos, de implorando Cesaris presidio, uicitq; alio-
 rum sententia. Et Augustinus ubi uidit rem bene suc-
 cessisse, multis hac seueritate correctis, fortiter approba-
 uit, quod antea improbauerat. Et in libro Retractio-
 num planè recantat, quod alibi de non occidēdis hære-
 ticiis scripsierat. Quin libro 1. contra epistolam Parme-
 niani cap. 7. in hęc uerba scribit: Audet conqueri Par-
 menianus, quod eos Constantinus ad campum, id est,
 supplicium duci iussit, qui uicti apud ecclesiasticos iudi-
 ces fuerunt. Sed quid isti non iustè patiuntur, cū ex al-
 tissimo dei præsidentis & ad cauendū ignem eternum,
 flagellum talibus admouentis, iudicio patiuntur, & me-
 ritō criminum, & ordine potestatum? Prius probet se
 non esse hæreticos uel schismaticos, imò omnium dis-
 sensionum autores, tum demū de indignis pœnis suis
 liquidam uocem emittant. Ac multis alijs ostendit, im-
 peratores seueras leges posse ponere, quibus blasphemos & hæreticos, etiam capitali pœna coercent.
 At nihil, inquit, eius æuo attētū est gladio ciuili: Tm
 lege cautū est, ut ecclesiarū hæreticarū facultates, ad or-
 thodoxorū ecclesias transferrent, ea lege, ut si q; ad has
 ueniet transire, & ijs quas prius habuerat, & ijs quas in-
 ueniebat frui posset. Etiam resipiscentibus clericis &
 episcopis, suus honos nō adimebat. Respōdeo: Eā legē
 in immanes illas beluas latam, multorum iudicio nō re-
 spōdisse perpetratis sceleribus. Nam pr̄ter hæreses &
 schismata, alios orthodoxorū occiderūt, alios ad homi-
 cidiū

cidiū metu mortis adegerūt, tātaq; erat illorū rabies, ut
 nec ab ethnicis principib; tolerari debuerit, nec à Chri-
 stianis, etiamsi nullū fuisse hæreſeos aut Ichiſmatis cri-
 men. Et tamen quid momenti habet hæc ratiocinatio:
 Nihil tum attentatum est ciuili gladio. Non ergo lice-
 bit ad animaduertere in hæreticos. Dem⁹ nihil fuisse at-
 tentatum ciuili gladio, tamen ne attētar i potuit. Quod
 si potuit: ergo licuit. Hoc enim posse dicimur, quod iū-
 re possumus. Sed isti, inquiūt, furiosi graſſatores et ſica-
 riuerius erant quām hæretici. Quid tum deniq; An-
 ideo non erant plectendi, si nullo alio criminī, q; hære-
 ſeos uitio fuiffent obnoxij? Quanquā quē unquam fuit
 hærefiſis, cui ſeditio comes non fuerit? Ut fruſtra queru-
 lus fit Brenczius, anabaptistas aliosq; huius æui hære-
 ticos, ob ſolum hæreſeos crimen acutum rapi ad sup-
 plicia. An nō uidemus, rem ad cruentum orbis tumul-
 tum profecifſe? Quis ciuium ſeditiōes, agricolarumq;
 tumultum ignorat? Quis rapinas, quis furta, quis ſpo-
 lia & ſacrilegia cōmemoret? An non ſeditiolum eſt ſe-
 natores magistratu mouere? An forraſſis uiolentum
 non eſt, Christianos ſub anathemate ad hæreticorum
 communionem cogere? Etiam hoc uiolentum, ſacer-
 dotibus facultates adimere, monaſteria tollere, breui-
 ter omnia mutare, id quod poſtremq; ſortis hominibus
 in procliui eſt. Nam ſecundum Saluſtium, ſemper in ci-
 uitate quibus opes nullē ſunt, bonis inuident, malos ex-
 tollunt, uetera oderūt, noua exoptant, & odio ſuarum
 rerum, omnia mutare ſtudent. Proinde neceſſe eſt non
 modo legibus oppofitis, ueruſetiam armis occurre-
 re publico diſcrimini.

Obiſciunt prēterea, ecclesiā non ocio & ſecuritate
 treuiffe, ſed afflictione & hærefiſi. Quis neſciat hanc cre-
 bris,

bris, cum persecutionibus tū uero h̄eresum agitationibus uehementer fuisse corroboratam & illustratam? Nec ideo non semper restitit h̄eticis. Hoc enim non debemus h̄eticis, sed deo qui istiusmodi occasionibus ecclesiam confortat atq; illustrat.

Tale & illud ferē est, quod olim Augustino obiectum legitur libro de Cor. Don. 8. Ecclesiā pati potius persecutionem, q̄ facere. Ad quod respōdet: Quārant igitur ab Apostolo, quā ecclesiam significat Sara, quando persecutionem faciebat ancillę. An non matrem nostram Hierusalē, id est, uerā dei ecclesiam? Quāuis ancilla magis persecuta sit Saram superbiēdo, quam Sara illam coērcendo. Deinde si boni & iusti persecutionē non faciunt, sed tantummodo patiuntur, cuius putant esse uocem in psalmis: Persequar inimicos meos, & cōprehendam. Haec tenus uerba Augustini. Porrò quod obīciunt de Iudæorum perfidia, quam non puniāt humanę leges, quid momenti habeat? H̄eticī publicis legibus ecclesiā se submiserunt, aduersus quas si quid delinquant, rectē puniuntur. Non autem sibi sumit ecclesia, in eos, qui foris sunt sententiam dicere, aut etiā animaduertere: maxime ob diuersam religionem. Tolera mus itaq; ritus iudaicos ac perfidiam, quamdiu nobis citra religionis nostrae iniuriam conuersantur, etiā hereticos toleratur, nisi periculum esset, illorum conuerstationem non fore ē republica Christiana.

At oportet, inquiunt, esse h̄ereses. Respōdeo: Ita oportet esse h̄ereses: quēadmodum necesse est uenire scandala. Proinde ut expedit autorem scandali, suspensa in collo eius mola asinaria, demergi in cor maris: ita in rē Christianorum fuerit, si ē medio tollantur h̄eticī, posteaq; & ipsi scandalo sunt alijs. Vide uero, à quanto pericu

periculo Brencjus Christianum orbem liberet. Vere-
tur discriminē esse, ut exultis hæreticis, non alios habi-
turi simus. Quasi uero iniamicus nō totus in hoc incum-
bat, ut dormīctibus hominibus zizania interseminet.
Etiam periculum est, inquit, ne anima quoq; in salutis
discriminē veniat, morte sublatis hæreticis, qui potuissent
abiesto errore seruari. At multo maius est periculum,
ne seruatis hæreticis, multorum salus indispetium ue-
niat. Deinde incertum, an errorem posteaq; iam insede-
rit, abjuraturi sint. Certo autem certius est, multos se-
duci ac perdi, nisi morte mulctatis hæreticis. Resecan-
dē sunt, inqt, Hie. putridē carnes, & scabiosa ouis à cau-
lis repellenda: ne tota domus, massa, corpus, & pecora
ardeant, corrumpantur, putrefact & intereant. Arrius
in Alex. una scintilla fuit, sed quoniam non st. tim op-
pressus est, per totum orbem eius flamma populata est.
Sed iam mihi consydera Brencij acumen. Si, inqt, uiol-
entia exterminādi sunt hæretici, quorsum opus est, sa-
cris literis nauare operam, cum hac in re constareret, car-
nificem esse omnī literatissimum, O lepidum caput.
Quasi uero sacræ literæ in hunc dūtaxat usum destina-
tæ sint, ut inde reuincam⁹ hæreticos. Iam ut singamus
ita habere, an nō prius conuincendi sunt hæretici, quām
exurantur? Nō ergo cōsistit, inanem esse operam que
ediscendis sacris biblijs insumitur. Quanto igitur fe-
licius argumentari poterat: Si hæretici nō nisi conui-
cti, plectendi sunt, necesse est aliquos esse, qui his reuin-
cendis, sacras literas ad unguem calleant.
Iam uidetur isti, res esse periculose (quod dicitur) aleq;
si igne ac ferro hæreticorum perfidiā magistratus pu-
niant. Fieri enim posse, ut illorum successores insecta-
tionibus iam assueti, ueram fidem pro falsa insepterū,
maxime

maxime si ab hæreticis olim persuasi sint, suam senten-
tiam ueram esse, adeoq; periculum esse, ne in Christia-
nos arma conuertant. Scilicet, timeret Brenczius discri-
men esse, ut cœlum ruat. Quælo te lector, quis tam est
ἀγέλασθε, qui possit à risu temperare, tam ridicula per-
pendens, quæ spermologus iste adducit? Verum hoc ali-
quanto crassius est, quod dicit: Si omnia coercenda es-
se, et gladio, ex quibus periculum sit, ne oriri possit sedi-
tio, omnia symposia, omnes cōmessationes, coniuicia
omnia, omnes conciones & mercatus, ui ac pœnis abo-
lenda forēt. Multis enim experimētis didicimus, in nō
paucis symposijs ortas fuisse seditiones, in non parum
multis mercatibus tumultus esse concitatos, in multis
ecclesijs clancularias cōiuraciones esse factas. Hæc ille.
Quibus nobis ingenij sui specimen manifeste præbet,
ut si unq; alias. Sed ut paucis respondeam: Nō omnium
eadem est natura & conditio. Sunt quædam eius gene-
ris, ut nemo ambigat, quin seditionum ac tumultuum
semīaria sint. Ea eliminari, è republica maxime fuerit,
& quod per se mala sint, et quod incōmoda nō parum
multa secum uehant. Sunt è diuerso, quæ alendæ con-
cordiae ac publicæ paci destinata uideri queant. Eāne
ob quorundam abusus, continuo tolleremus. Vitia cor-
rigi conuenit. Certe res per se salutares, & ea quæ opti-
mis instituta sunt rationibus, nequaq; expedit è medio
tollere. Sed hæc uidemus, sæpe occasiones esse tumul-
tuum. Quid tum deniq; Græcorum est prouerbium:
Improbis nihil deesse præter occasionem. Quod si pa-
ramus tollere quicquid malis occasio est, quid erit tan-
dem reliquum in rebus humanis? Posteaq; nihil ferè
tam bonum est, quo non abuti possit hominū malitia.
Verum peccant isti occasione accepta non data, qui ea
quæ

quæ mutuæ amicitiæ & concordiæ symbola sunt, in seditionem ac tumultum uertunt.

Superiori non absimile est, quod continèter dicit Bren
cjius: Iam om̄ibus hominibus corda essent eruēda, po-
ste aquā omnes seditiones ex corde suam trahunt ori-
ginem. Quis non hic suauissime rideat stultitiam ho-
minis. Probet primum, cor hominis non posse nō mo-
liti seditiones & tumultus. Deinde non alia uia occur-
ri posse istiusmodi incommodis. Tum sedulò curabi-
tur, quod illi uidetur factu necessarium. Nunc fateor,
de corde procedunt seditiones & tumultus & quicquid
est tragediarū: at non necessario inde proficiscuntur,
sed libere: adeo certe ut possit homo, siquidem ipse ue-
lit, ea meditari quæ pacis sunt & concordiæ. Nec iu-
bet Christus abscindere pedes, resicare manus, deniq;
oculos eruere, ne nobis sint offendicula: sed uult ut si
hæc nobis obstaculo & scandulo fuerint, nec alia sit uia
medendi huic malo, tollamus potius q̄ his seruatis, ia-
cturam salutis faciamus. Præstiterit detruncatis mani-
bus ac pedibus seruari hominem, quām asseruatis mem-
bris coniici in gehennam. Præstiterit unoculum in ui-
tam ingredi, quām nō eruto oculo, quo nobis scandalο
sit, mitti in gehennam ignis. Qua sententia saluator si-
gnificat, omnium rerum iacturam esse faciēdam citius,
quām salutis. Certe hæresis adeo non potest frugi esse
cuiquam, ut necessario scandala & seditiones pariat.

Quod si igitur nulla ratione mederi possit huic malo, q̄
multatris hæreticis: publicæ pacis & tranquillitatis cu-
ratorum retulerit, ut illos suppicio mortis afficiant.
Post hæc mendacioquus iste rhetorus degrauat̄is
inuidia monachis, quos omnes cupit perditos, anaba-
istarum causam subleuat, huiusmodi uerbis: Si discri-

men est seditionem oriri, aucto anabaptistarum numero, cur non idem timetur in monachismo, ubi iam illorum grex numerosior fuerit. Quod si isti sine seditiones, tantum doctrinæ suæ fermento ac uitæ hypocrisi, totius penè orbis opes ad se pertraxerunt, cur de anabaptistis timor magistratus inuasit, quod omnes ad uitæ cōmunionem adacturi sint? Subolet mihi existimandi uerbis, Brenczium nō admodum abhorre à catabaptistarum errore, quibus tam amice patrocina tur. Sed utcunq; sit, palam hic mentitur in monachos: tamen uerissimum sit, illos absque seditione hactenus uixisse. Quorsum uero monachos cū anabaptistis coniungit? Posteaq; perspicuum est tumultuarios istos mōliri seditiones, quod monachos nunquam fecisse, ipse etiam Brenczius testatur. Quem etiam ad uitæ cōmunionem, unq; impulerunt monachi? Quod certum est anabaptistas facere. Quid igitur monachis & anabaptistis inter se couenient?

Quod etiam de doctrinæ fermento cauillatur ac uitæ hypocrisi, suo iure facit: quemadmodum & illud, quod per calumniam obijcit, monachos ad se pertraxisse totius penè orbis diuitias. Nisi iam exploratos habemus glossogastares istos, recte uideri poterat Brēcziⁱ, haec nobis impingexe. Nunc nemo magis uetri studet, nemo audiens sit opes, nemo magis indulget genio, quam qui se euangeliū titulo maximè uenditant. Nam uideas λαονεπλάτων istos, fundos, agros ac uineta mercari, poculis inauratis atq; etiam aureis eisq; elegantissimis exornare mēlas, & genialiter quotidie curare cuticulam. Possem siquidem uellem ex euāgelicis istis, nominatim quosdam producere, quibus tot putat esse coronatorum aureorum centurias, ut citius Platonis perdiculos

diculos numeraueris. Sub finem sententiam suam de puniendis hereticis interponit Brenczius, quem nemo rogauit iudicii. Gladio, inquit, uerbi uiticantur. Quod si omnino nolint resipiscere, ita cum illis agatur, quæad modum cum religiosis hac in re agitur. Et cū ciuilem obedientiam præstare recusant, ciuili quoque libertate priuentur, ac pro peregrinis reputetur, & ciuilibus commercijs illis interdicatur. Hæc Brenczius. Ad id, quod dicit deuincendos esse uerbi gladio, cum in superioribus affatim responsum sit, non est cur crambe recocta nauicam lectori moveam. An uero nō iniquum sit, minime seditiones monachos, cum tumultuarijs anabaptistis similiter haberi, ipse uiderit: Hoc uelim mihi respō deat, Cur hac pena mulctandi sint siue monachi, siue anabaptistæ. An quia sic habet lex Cæsaræ? At has leges, utpote humanas in totum contemnit. An quia sic uisum est Brentzio? Sed unde illi rogandarum legum autoritas? Verum non stat sententia, singulas hominis ineptias & calumnias persequi. Quādoquidem me iam pœnitet, his legendis tantum insumpsisse temporis. Vale lector amice & hos conatus nostros boni consule, id quod facies, ubi intellexeris nos publicæ utilitati uoluissé consulere. Friburgi ipsis febris diui Matthiæ, à redempto orbe.

1531.

L 2 IN

SO IN ICONOMACHOS
SIVE EOS, QVI DEMOLI
untur diuorum imagines.

Per Ambroſium Pelargum.

AMBROSIUS Pelargus fratri suo Valentino, bonarum artium baccalaureo.

S. D. P.

Ceperit fortasse animum tuum admiratio Valentine Charissime, quid in mentem mihi uenerit, ut libellum in ἐπονημάχος æditum, ad te scripsierim. Verum hoc nō temere, sed consulto factum est, Recepseram me anno superiore post natalem resurrectionis Christi, parentes affectę (quod nosti) cętatis inuisere: sed moram mihi fecit schiatica, ex qua & diu & grauiter laborauit: eramq; ualitudinis adeo afflictæ, ut uix sperare licet, tantum mihi unquam uirium futurum, ut uoto illi meo facere possem satis. At ubi tandem medicorum opera, à morbo probe recreatus, naturalem corporis habitudinem recuperasse mihi uidebar, prima quaque occasione adornauit profectionem in patriam, idq; secundis, quod aiunt, autibus: Ita cum essem, uisum est adorare ad imaginē crucifixi. Verum ut ædem (ni fallar) Georgio sacram ingressus sum, comperi subuersas aras, profligatas è templo diuorum statuas, ac ne imaginem quidem crucifixi superesse. Demirabar quid accidisset, quod Lutheri dogmatibus uehementer addicti, exegissent imagines. Tandem subiit furiosa male sanæ plebis inconstancia, quæ relaxatis frenis, in omnem eferuerat se uitiam, nihil non

non temere nouans, conturbans, tollens & immutans.
Etiam si hoc tam præclarum scilicet facinus, ipsis ecclesiastis (sic enim appellari gaudent) debemus, qui cum gloriæ simul ac quæstus mancipia sint, nihil non ad gratiam loquuntur stolidæ multitudini, Quid facerem? Doluit mihi patriæ nostræ calamitas, cui sic imposuerint seductores: sed omnium pessimè me habuit improba aselli istius (nosti quem uelim) petulantia, quo autore ista facta rescivi. Tamen dissimulato dolore, cōuiuia interim agitauit cum amiculis, qui tum aderant. Nam te uocari nolui: nō quod uererer, ut mihi parum uel lœtus uel cōmodus cōfabulo futurus essem, cui fruitione & colloquio nihil fuisset dulcissimus, sed q̄ nō erat animus, illic diutius moram trahere. Festinatio enim opus erat. Alioqui non deerat, quod tecum commentarer: Proinde quod tum negatum est, cur auis scriptis penderet, ac sarcire iacturam, quam te absentia tua fecisse causaris. Quanq̄ non aliud occurrat argumentum commodius, quam de seruandis diuorum imaginibus, quas qui è templis promiscue submouent, id quod nostraes quoque ingressi sunt facere, non tam judicio, quām temeritate omnia præcipitante moueri mihi uidentur. Quanquā non desint, quibus imaginum demolitio non aliud esse uideatur, quām cruentæ cuiusdam conspirationis symbolum. A quorum ingenio non ita lōgē absūm. Alioqui qua ratione in imagines impetum faciunt, quas constat à mille quadringentis amplius annis fuisse in ecclesia? An fortassis ratiōne non caret, totā damnare ecclesiam? An uero non dominant, qui diuersam prorsus causam agunt? Excutiant mihi probatissimos quosque utriusque linguae historicos, consulant exactæ diligentiae scriptores ecclesiasticos, eosque ue-

tutissimos (si ipsos uetus fortè capit) tū impie me n
titus videar , nisi in ipsis nascentis ecclesiæ primordijs,
imagines fuisse compererint. Ut enim fatear,eas initio
nascentis ecclesiæ non fuisse in communī usu creden-
tium, neque tam multas , neque tam uarias, nimurum
nondum extructis basilicis,quę etiam si extitissent, nō
conueniebat sub id temp⁹ imagines habere in templis
publice, tum propter eos qui ex Iudaismo conuersi,
mordicus adhuc tenebant legem Mosaicam , qua pro
hiberi uidebatur, ne deo deuori rerum quarumlibet si-
militudines sibi facerent: tum propter gentiles , qui-
bus ad Christum conuersis, insidiebant nonnullę abiu-
ratę religionis reliquię, ut periculum esset, ne occasio-
ne imaginum in idolatriā deficerent. Tamen nullas
prorsus fuisse apud primos illos ac uere Christianos,
mihi quidem religio est dicere: posteaquam constat il-
los adorasse ad imaginē crucifixi, id quod beatus Rhe-
nanus haud obscure indicat, præfans in Tertulliani a-
pologeticum. Quin ipse Tertullianus refert, Christia-
nos quod religiosi essent crucis, usque adeo ludibrio ha-
bitos à gentilibus, ut crucifixi imaginem asininis aur-
ibus pingere. Quod satis est argumenti, aliquem tum
fuisse ulum imaginum.

Sed & Eusebius Pamphili Cæsareæ Palestinae Episco-
pus, inter ecclesiasticos neque ambiguę neque postre-
mæ autoritatis scriptor , quem & hoc nomine , ²⁵⁰
uocat magnus ille Basilius: narrat apud Cæsareā
Philippi, quæ Phoenicibus Paneada dicitur, cōspectum
sibi fuisse opus fusile, Christi miraculum representans,
mulierem sanguinis profluvio laborantem curantis.
Cui aliud insigne miraculum addit, de herba medicam
uim habente, ubi ad fimbriam imaginis Christi succre-
uisset.

uisset. Verba Eusebij sic se habent: Mulierem quam sanguinis profluui laborantem, à saluatore curatam euangelia tradunt, huius urbis ciuem fuisse constat, dumque eius in ea etiam nunc ostenditur. Pro foribus vero domus ipsius, basis quædam in loco editiore collocata, monstratur, in qua mulieris uelut genibus Christi prouolutæ, palmasq; suppliciter tendentis imago eruditur expressa. Adstat uero alia ære nihilominus fusæ statua, habitu viri stola circundati, ac dexteram mulieri porrigentis. Atque huius ad pedem statuæ, è basi herba quædam noua specie nascitur. Quæ cum exorta fuerit, excrescere usque ad stolæ illius ærei indumenti fimbriam solet. Quam cum summo uertice contigerit, uires inde ad omnes depellendos morbos, languoresque conquerit: Ita ut quæcumque illa fuerit corporis infirmitas, haustu exiguo madefacti salutaris graminis depellatur, nihil omnino uitium habens, si anteq; æreæ fimbriæ summitatem crescendo contigerit, decerpatur. Eam statuam ad similitudinem uultus Iesu formatam tradebant, quæ permanit ad nostra usque tempora, sicut ipsi oculis nostris perspeximus. Hactenus Eusebij uerba. Quibus & hoc fidens facit, quod in tripartita historia Sozomenus resert, Julianum Cæstrem, eam Christi statuam deiecissem, atq; in illius locum erexit suam quæ fulgere tandem tacta corruerit. Præstiterit Sozomeni uerba adscribere: Cum cognouisset in Cæsarea Philippi, ciuitate Phœniciae insigne Christi esse, quod mulier illa sanguinis profluui liberata constituerat, eo deposito, suam ibi statuam collocauit. Quæ uiolento igne de cœlo cadente circa pectus diuisa est, & caput cum ceruice una parte deiectum, atque in terra fixum, reliqua hactenus superfuit, fulminis indicu.

reseruans. Statuam uero Christi tunc quidem Pagani
 trahentes confregerunt, quam postea Christiani colli-
 gentes, in templum ubi hactenus seruatur recondide-
 runt. Hæc Sozomenus. Finis etiam statuae, meminit se-
 cunda synodus Nicæna, cuius nobis monumenta græ-
 ca eademq; uetusta, apud Rauracorum Basilæam exhi-
 buit, felicis memoriae ἡ ταῦρῳ καὶ θίλοις μετὰ ποσφιλέσαι
 τῷ ιωάννῳ διδαχῇ χριστῷ, uir præter uitæ morumq; inte-
 gritatem, exquisite doctus, & quod in eruditis quoq;
 rarum est emunctæ naris. Male sit muidæ morti, quæ
 uirum ætate prorsus iuuenem nobis præripuit. Quod
 utinam τὰ ὑπομνήματα, quæ in Solomonis prouerbia,
 in ecclesiasten, in epistolam denique ad Hebræos scri-
 psit, tandem aliquando in lucem ædantur, ut uel sic a-
 pud posteros uiuat, uir immortalitate dignus. In græ-
 cis literis eò processerat, ut Oecolampadiū longo post
 se interuallo relinqueret. Nam & in uerione Theophi
 Iacti, multa prodigiosa defrauata deprehendit, quæ il-
 lum se fellerant, multoplura deprehensurus, si per uit-
 tam ac bonam ualeitudinem licuisset. Sed ut ad rem re-
 deam. Vndeциmo ecclesiastice historiae autor est Rufi-
 nus, Christianos pro se quenq; apud Alexandriam de-
 iectis dæmonum simulacris, insigne crucis dominicæ
 depinxisse in ingressibus, in postibus, in fenestris, in pa-
 rietibus atque columnis. Penè exciderat Eusebius, qui
 post curatæ mulieris historiam, narrat à se uisas Apo-
 storum Petri & Pauli imagines. Etiamnum, inquit, A-
 postolorum Petri & Pauli ipsiusq; Saluatoris imagi-
 nes designari uidemus, tabulasq; depingi. Sed & anti-
 quas ipsorum imagines à quibusdam conseruatas, nos
 uidimus. Iam & Syluester, Apostolorum Petri & Pau-
 li Icones Constantino uisendas exhibuisse legitur: quod
 facte.

factæ apparitionis fidē illi faceret. Neq; negat Valla,
quamlibet in Constant. donationem iniquus sit: imò af
firmat, has esse effigies, quæ nunc Rhomæ uisuntur in
tabella.

Tum Athanasius magnus ille Alexandrinę urbis Epi-
scopus refert, Nicodemo qui ad Iesum nocte uenerat,
effictam Scruatoris imaginem fuisse, quæ procedentibus
annis à Iudeis trāfixa sanguinem reddiderit, quo
quicunque fuissent inuncti commodius habuerint.

Accedit his, quod eximius ille Græcorum Theologus
Ioannes Damascenus memorię proditum indicat, Aba-
garum Edesienorum regem, insignem mississ picto-
rem, qui imitatam Christi imaginē effingeret. Quod
cum non successisset, Christum appresso facie linteo,
imaginem suam ad uiuum uultum expressam, desyde-
ranti mississe Abagaro. Ac satis miror, eius rei nullam
fieri mentionem apud Eusebium præsertim cum alia
quædam è Syrorum commētarijs deprompta de Chri-
sto & Abagaro, interpretatus sit, quæ ipsius monumen-
tis uidemus inserta, nominatim primo ecclesiast. histo-
rię libro. Tametsi quæ istic refert Eusebius indigniora
uideri possint illis, de quibus narrantur. Quod etiam
Hieronymus tundebat pectus corā imagine crucifixi,
an non satis est argumenti, usum imaginum ad suam
usque etatem perdurasse in ecclesia? Denique Augusti-
nus libro de uisitandis infirmis, testis est, usum imagi-
num etiamnum ipso uiuente fuisse in ecclesia, in hac fe-
ré uerba scribens. Sunt quædam externa signa pigritan-
tis fidei excitatoria, quæ Christianitatis religio uult ob-
seruari. Habent siquidem Christianorum arcana, do-
minicę illius crucis quasi quoddam uenerabile monu-
mentum, quod de crucis ipsius imaginatione crucem-

cognominant, quod & nos omni ueneratione dignissimum fatemur, & ad recordationem crucifixi nostri ueneramur. Adiicitur etenim super crucem quædam hominis inibi patientis imago, quo salutifera nobis renatur Christi passio. Hæc Augustinus. Et ne quis omnino falli posset, subiectis uersib^z hexametris usum imaginis crucifixi docet:

Nec deus est, nec homo, præsens quā cerno figura;
Sed deus est & homo, quem signat sacra figura.

Neque præterea Christi: nissimum illum Franciæ regem Ludouicum, cui inter reliquias diuorumq^z imagines, nihil fere prius erat crucis Christi signaculo, tantaque erga crucifixi imagines religio, ut egrè fineret eas defunctorum sepulchris insculpi, insculptasq^z radi fece rit, ne quis illas suis calcareret pedibus. Eant nūc schismati ci, ac semel perficta fronte negēt apud ueteres illos ac uerē Christianos, aut ulla fuisse imagines, aut nulla in ueneratione habitas: obganniant roti ecclesiæ, dicant fabulosum esse, quicquid unquā à probatis ac bonæ fidei autoribus proditum sit.

Cæterum quod diuum Lucam ferunt Seruatoris ac sacratissimæ matris eius effigies, ad uiuos expressisse uultus, quia incerto autore spargitur non urgeo. Nā quod Clichtoueus in commentarijs Damasceni, Augustinū eius rei facit autorem, uero ut illum se fellerit memoria.

Sed quo tandem, inquiunt, imagines in ecclesia? Hoc ei si calumniandi animo rogent, perlibenter tamen indicauero imagines esse nō uno modo frugeras. Nam & imperitis uitam sanctorum, quam imitentur exprimunt, & eruditis memoriam subinde refricant. Breuer in hoc repertæ sunt, ut nos bonæ alicuius rei admoneant.

neant. Ne quis uero eam responsonem putet esse commentitiam, certe in hunc modum sexta Cōstantinopolitana synodus respondisse legitur, percontantibus, ecquis esset imaginum usus in ecclesia: ut est de cōse. d. 3. Venerabiles: Venerabiles imagines Christiani nō deos appellant, neque eis ut dīs seruiunt, nec spem salutis in eis ponunt, neque ab eis futurum expectant iudicium, sed ad memoriam & recordationem primitiorū eas uenerantur. Idem docet Gregorius eius nominis secundus scribens ad Seruum Massiliensem episcopum, quem acritus reprehēdit, quod ē templis sustulisset imagines. Eius sententiam, quae est de consecratione di. 3. adscribam: Aduolauit huc rumor, inquit, quod insconsiderato zelo succensus, Sanctorum imagines ē templo submoueris, ne quis cultum forte illis exhibeat.

Quod ueteris adorandas esse imagines, laudamus: quod confregeris, reprehendimus. Dic frater, quis unq̄ sacerdotum tale aliquid sibi sumperit in ecclesia, quale tu aggressus es facere? Aliud est adorare picturas, aliud per picturā historiam discere quid adores. Quod enim scriptura legentibus, hoc idiotis p̄st̄at pictura cernentibus. In ipsa siquidem uelut in libro quodam, uident quid sequi debeant. Vnde & laicis pictura prolectione est: Saltem ueritus fuisses, ne quis hinc suspicionem de te conciperet simulatæ cuiusdam sanctitatis, & arrogatae prudentiae. Quare zelum iudicio temperare debueras, atque ita demum proposito tuo recte consuluisses. Quid multa! Admonet episcopū, excusat immodicum zelum, dicat se quorundam abusu permotum hoc fecisse, doceat instaurandas denuo imagines, idiotarum animis in hoc datas, ut memoriam adiuuent. Ex hac Gregorij Maximi pontifici sententia satis liquet,

liquet, in quem usum imagines afferuentur in Christiani-
orum ecclesijs. Visa enim in picturis speciosa Sancto-
rum facinora, ad similia nos inuitant: atque extimulat
etiam, ut nos ad innocentissimam ipsorum uitam, effin-
gere et componere studeamus. Itaque dum in templis
depinguntur diuorum imagines, quid aliud quam in-
culpata ipsorum uita nostris pectoribus insinuatur &
insculpitur? Non est proinde inepta literarum & ima-
ginum homiosis Gregorij. Ut enim literæ iuuandæ me-
moriæ repertæ sunt, ita imagines ut imperitos instruāt,
peritis memorij subinde renouent: utq; literæ res qui-
bus significandis destinatæ sunt, uelut ob oculos nobis
ponunt, ita non aliter pictura uitam sanctorum
uelut spectandam representat, non minori cum uolu-
ptate, maiori etiam affectione, quam si literis tantum
expressa sit. Ac ferè sit, ut plus ex picturis, quam ex li-
teris concipiamus. Iussi sunt Iudæi decalogi legem li-
gare in manibus, inscribere postibus & liminibus, quo-
temper ob oculos esset, quod legis memoriam illis re-
nouaret: & non licebit Christianis habere imagines,
quæ innocentissimam diuorum uitam subinde nobis
refricent.

Iam depinguntur in prophanis ædibus, in omnibus fe-
rè parietibus, gentilium historiæ, poëtarum fabulæ, hi-
strionum morionumq; gesticulationes plusquam scurri-
les, ac nescio quæ pri. peccæ etiam obsecrantes, ne præ-
tereuntes non habeant aliquam cōfabulandi materiæ.
An igitur inutile sit, si in templorum porticibus & cœ-
meterijs pingetur tota Christi uita, ut q; illic ociosi
prodeambulant, habeant frugiferam aliquam cogitan-
di meditandiq; materiam. Vult Seruator sanctorum
opera lucere coram hominibus, ut patrem qui in cœlis

est inde glorificant. An uero minus reluent in picturis, quam in libris, diuorum bona opera, quæ per eos cum hic mortales uiuerent, operatus est dominus? Ergo qui huc omne studiū conferunt, ut quicquid usque est imaginum sacris exigant ædibus, nihilo peccant leuius, quam qui sacros codices igni exurunt, ne idoneis lectoribus horum copia fiat. Quod enim facit, qui idoneum à scripturarum lectione temere submouet, hoc facit, qui idiotam à spectādis diuorū imaginibus arceret. Sed uideamus, quid Ἰκονομάχος moueat, ut negent ex utilitate esse ecclesiæ, diuorū habere imagines. Omnia primum obijciunt, nulla uel Christi uel Apostolorum traditione scripta præcipi, ut diuorum statuas habemus. Verum quidem est, rem per manus (quod dicit) traditam esse. Sed si mox reiiciendum est, quicquid non sit literis diuinis proditum, quin isti multa reiiciunt, quæ unà nobiscum mordicus tenent? Dicant mihi qui sic solent dialecticari, qua scriptura proditū sit ingeniti uocabulum, quod nos soli pati i tribuimus. Nam id uocabuli Augustinus itemq; Ambrosius planè negat ex scripturis haberi, sed ita appellari deum patrem, ex consuetudine disputantium. Quod si licet aliquid præter scripturam affirere, frigescit aduersariorum obiectio. Si non licet, cur ipsi etiam patrem dicunt ingenitum. Proinde quod Apostolus monet, acquiescendum nobis est non unius Christi uerbis, sed & omni quæ secundū pietatem est doctrinæ. Non autē aduersatur pietati Christianæ, quod citra culpam omnibus ultro permisum est. Ultro autē permisum est, quod catholica nec prohibet, nec damnat ecclesia. Atqui diuorū imagines non modo non damnat, uerum approbat etiam.
Sed lege, inquit, cautum erat ne ullain imaginē negari fieret

sicutam neque pictam Iudei haberent. Nam Exod. 20.
& Deut. 5. scriptum est: Non facies tibi sculptile nec
quācunque similitudinem eorum quę uel in cōelo sunt
sūrsum, uel in terra deorsum, uel in aquis sub terra: At
si hoc isthic agitur ne quam omnino cuiusvis rei habe-
rent imaginem, qui consistit, Deum illis præcepisse ut
certarum rerum similitudines facerent? An non in Iu-
dæorum templo erant Cherubim facies hominis pro-
minentes. An non leuncolorum boumqz effigies? Ad-
de his serpentem æneum affixum stipiti, qui signū fuit
crucis dominicæ: Ergo perspicuum est non in hoc fui-
se deum ut imagines prohiberet, quin hoc potius illi cu-
ræ fuit ut idolatriam, id est, falsam religionem com-
mentiorumqz deorum cultum, Iudeorū cordibus exi-
meret. Hoc ita habere, tum ex ipsis uerbis ostenditur,
nā Hebrei atqz ipsi etiā septuaginta habent. Non facies
tibi idolum, tum ex his quae præcedunt, tum ex subie-
ctis, Præredit siquidem, Non habebis deos alienos præ-
ter me. Itemqz Nō adorabis deum alienum: Quo cauet
ne alij ab ipso diuinitatem tribuant, quicquid illud sit,
Non enim hic de solis imaginibus fictis uel pictis lo-
quitur: Nam & qui Arrij & Eunomij peste cōamina-
ti sunt, hāc legem infringunt cum filium deum quidem
fatentur, sed conditum asseuerant, cumqz hunc à diuina
substantia abigunt, aliū præfecto deum inuehūt. Sequi-
tur autē Non adorabis ea neqz coles, hoc est, ut Orige.
neque affectu his inhærebis, neque externū illis exhibe-
bis honorem. Quod si ea non sit uerborū intelligen-
tia quōrum attinebat uelut intercalatis uerbis toties
repere. Ego dominus ego dñs: Excutiant emphasim
pronominis tibi, & euident erit ueritas: Quod enim di-
citur Non facies tibi Idolum &c. Perinde est ac si dice-
ret,

ret: Non facies idolum in salutem tuam, hoc est, non facies tibi idolum à quo tanquā à deo salutem & redemptionem speraueris. Quod uero Zwing. cōminiscitur duo hoc loco esse præcepta ac separatim præcipi ne abū à se diu adorarēt. Et ne simulacra facerēt nemo cordatorum agnoscit. Sed dicunt uno præcepto caucri ne Iudæi more gentium simulacra sibi facerent, quibus lirarent: Atq; hoc nel ex ipso contextu liquet Exod. 20. & 34. Non facietis uobis deos aureos, argenteos, uel cōflatiles. Hic obsecro qd aliud q̄ idola prohibētur .i., hę rerum imagines quibus stultitia hominū pro diis abutitur? Quod si uera est Zwinglij sententia, qui confisit deum scripsisse decem uerba in duab^o tabulis lapideis. Nam ad istius loquendi modum undecim fiunt uerba seu præcepta, non decem. Quo quid aliud, q̄ mendacē facit deum nugiuendulus iste? Proferunt & alium locum, qui est Leuitici 26. Non facietis uobis idolum & sculptile: nec statuas erigetis aut insignem lapidem in terra uestra. Sed & haec uerba intelligētiam suam accipiunt ex eo, quod adjungitur: Ut adoretis eum. Quo facile uideas, non aliud hoc loco prohiberi q̄ idolatriam. Alioqui cur non uitio uersum est Isolue , qui in Sichem subter querum erexerit titulum: nisi quia non hoc adorandi animo fecerat, quin potius ut lapis esset testimonij. Sic Samuel abeunezer, hoc est, lapidem adiutorij, in memorię scilicet lati auxiliij erexisse legitur. Et Rubenitæ altare construxerant ad Iordanem, cum lege cautum esset, ne quis altare alibi erigeret. Ea res primum quidē male habuit alias trib^o. Verum ubi perspectum habuerunt, non hoc sacrificij, sed recordatiōis causa fecisse Rubenitas, placatus est illorum animus. Quid quod etiam nostri æui Iudæi, qui legē Mosaicam utrāq;

utraq; (quod dicitur) manu tenent, pictas habent imagines in columnis & parietibus, id quod cōpertissimū habeo. Est apud Francofordiam supra Menū fluuium, rabi quidam insignitē doctus, in cuius hypocausto, totam ferē Iacob patriarchae historiam operose depictā, hisce oculis uidi. Quem cum tentandi animo corriperem, quōd parum obseruans esset legis Mosaicæ, quę imagines in totum prohibeat: subrisit, nec aliud respondebit, quām non simpliciter uetitum esse, ne quas haberēt imagines, sed ne quas in hoc facerent, ut colerent religione numinis. Etiam Stephanus Acto. 7. non taxat Iudeos, q; figuras fecissent, sed quōd adorandi animo illas fecissent. Quę omnia argumēto sunt, non hoc uoluisse deum, quod isti intelligunt.

Sed præstiterit uidere, quo pacto Zwinglius dialectices egregiè peritus, nimirum Magister artiū (nisi nos fallat pileum uiolaceum) colligat obolendas esse diuorum imagines. Non est, inquit, figurandus deus. Deut. 4. Non uidistis similitudinem aliquam in die, qua uobis locutus est dominus. Quantò igitur minus figuranda est creatura. Ac mox quasi iam acu rem tetigisset, exclamat: Hic ualeat locus à maiori. Perinde scilicet ac si quis in hunc modum dialecticetur: Non est didascalus percutiendus ferula, minus igitur discipulus. Quasi uero locus à maiori ex rebus ipsis, quę magnitudine aut dignitate alias superant estimandus sit, & non potius emetieodus ex rerum habitudinibus. Enthymema proinde quod illi est à maiori, à minori potius est Aristeli. Quid uero ponderis habeat argumēnum à minori negatiuum, ipsis etiam pueris notum est. Certe deus quōd incorporeus sit, figurari nō potest, nullisq; lineamentis exprimi. Proinde nulla est ratio depingendæ

gendæ eius figuræ. Quam enim diuinitati speciem af-
finxeris? Quam, inquit, imaginem ponetis mihi? Qua-
re id conari, impieratis simul & infanæ fuerit. Hoc em
qui facere instituunt, erroneam de deo opinionem in-
gerunt mortalibus. Atq; ea est non postrema ratio, q-
obrem imagines infigurabilis deitatis, ueteribus illis
prohibitæ sint. Quid uero est, quamobrem quod in-
corporeum quidem est, tamen formis corporalibus
subinde exhibitum est oculis corporeis, non licet ima-
ginibus exprimere? Apparuit deus in figuris corpo-
reis columnæ scilicet nubis & ignis. Et spiritum fan-
ctum descédisse legimus super Christum corporali spe-
cie, nimirum columbae. Quoties etiam legimus, ange-
los apparuisse patribus in corporalibus formis, viro-
rum scilicet. At qui nemo est, in cuius mente non asfur-
gat imago columbae, uiri, aliarumq; hoc genus rerum,
quoties istiusmodi apparitiones uel legerit uel audie-
rit. Quid ergo uetat, illa in picturis cernere, quæ non
sit nefas cogitare? Conspectus est Apostolis Spiritus
sanctus in disiectis linguis uelut igneis. An id quod
tum factum est, licet cogitare, dicere, audire, literis
committere, in chartis uidere ac legere, non etiam pi-
ctura aliqua iuuandæ memoriae exprimere? Si dicant,
ista tum signa suisse præsentis gratiæ dei. Audio. Sed
ne literæ quidem signa sunt præsentis gratiæ, tantum
id exprimunt, quod olim signum fuit gratiæ. Quid
cum idem pictura significet, quod uoces & literæ, cur
non liceat pingere, quod licet scribere, legere & di-
cere? Iam cum dei filius, sumpta serui forma in ter-
ris uisus sit, & cum hominibus conuersatus, crucifixus,
mortuus, sepultus, tertia denique die ad immortalem
uitam resurgens, discipulis apparuerit in carne, quam

M tan-

tandem apostolis cernentibus cœlis inuexit: cur nō li-
ceat tā salutarē nobis dispensationē , qua se mortalibus
vībus insinuare dignatus est , figuris exprimere, ut tot
tantaq; dei bñficia uel oculis subiecta mortalibus, ab ini-
memori nostro pectore, gratiam tandem aliquā extūdat.
Sed en tibi eiusdem farinæ argumētum aliud, quod ex
Esaia adferunt: Plast̄ idoli omnes nihil sunt. Quis for-
mauit deum & sculptile cōflauit ad nihilū utile? Faber
ferrarius operatus est lima, in prunis & malleis forma-
uit illud. Artifex lignarius extendit normā, formauit
illud in runcina. Ac paucis interiectis. Succidit, inquit,
ligna saltus, sumpfit ex eis & calefactus est, succendit et
coxit panes , de reliquo operatus est deum. & adorauit
sculptile, incuruatusq; ante illud dixit: Libera me, De-
meus es tu. Mitto hic cōmemorare, q; impudenter Ca-
rolstadius ex hoc prophetæ loco, Gregorium falsitatis
arguat, qui dixerit imagines librorum uice esse idiotis:
cū illas prophetæ prorsus dicat esse inutiles. Ast ubi que-
so diuorū imagines, prophetæ dicit esse inutiles? Imò
de gētilium statuī loquitur, quas scriptura promiscue
nunc idola, nunc simulacra, nunc deos appellat: ut intel-
ligas scripturæ consuetudine, eas proprie imagines si-
gnificari hisce nominibus, qbus gētiles idololatræ pro-
dijs abusi sunt. Atq; is est eius uocis usus in Ioānis Apo-
stolica, ubi ait: Filioli custodite uos à simulacris. Et Ge-
z̄. pro eadē re promiscue usurpanū hæ uoces. Si, inq; t̄
Laban, ad tuos ire uolebas , cur furatus es deos meos.
Cui Iacob rñdet: Apud quēcunq; inueneris deos tuos,
necet coram fratribus nostris. Ac paucis interiectis se-
quitur: Nesciebat aut̄ q; Rachel furata esset idola. Atq;
ad eum modum oēs scripturæ locos, qui de idolis lo-
quuntur interpretari cōuenit, de gentiū uidelicet simu-
lacijs,

Iacris, quibus putabant aliquid inesse numinis. Quem errorē diuinus quoq; propheta, denūciatione periculi hominū cordibus eximere conatus est. Ve, inquit, q; dicit ligno: Experciscere. Et tacenti lapidi. Surge. Oper tus est auro & argento, & non est spiritus in uiscerib⁹ eius. Et regius propheta: Simulachra gentiū argentū & aurum, opera manuū hominum &c. similes illis fient, qui faciunt ea & oēs qui cōfidunt in eis. Itaq; nos simu laci et idoli uocabulū abhorremus, qd ecclesiæ usus dñs gentium accōmodat. Ac per hoc paulò inconsyderan tius, aliqui εἰωλομάχοι appellāt eos, qui diuor; imagi nes sacris ædibus excutiūt. Nobis iconomachię uocabu lū, in hac pr̄sertim re magis arrider, q; idolomachię.

Quod ex actionibus Apostolicis proferūt, Paulū reie cisse simulacra in templo Atheniensium, qd aliud est, q; reuocasse idololatras ad unius dei culturā? Quid hoc ad diuor; imagines? Quin græce est οἰδόσματα, qd non simpliciter imagines aut statuas significat, sed quibus cultura exhibetur, quasi maiestate aut dignitate aliqua pr̄editis: ἀπὸ τῆς οἰδοματικῆς, quod est religiose ueneror; p rie rem quæ maiestatē aliquā obtineat. Eoq; spectat exhibita Apostoli ratio. Cum simus, inquit, dei genus, non debemus putare, id qd diuinū est, simile esse auro & argento aut lapidi arte sculpto, & inuento hominis. Quo significat, pr̄posterū esse, ut hoc colas religionē numinis, quo sis ipse multo pr̄stantior.

At legimus, inquiunt, istic arā quoq; fuisse titulo: Ignoti dei, hoc est, Christi uel ipso Apostolo exponente titu lum. Sed hoc ut uerū sit, tamen ne idē prorlus sunt ara, titulus, imago & simulacrum? Quo uero nouo tandem enthymemate nobis colligent, in templis Christianorum non habendā esse Christi seruatoris imaginem, si

Paulus gentium simulacra templis excusserit. Etiam si
 hoc fecisse non legitur: sed admonuisse tantum, ne illis
 exhiberent culturā. Quid quod neq; legimus, illic fuisse
 imaginem crucifixi? Et si fingam^o, illic fuisse statuam,
 quæ ignotum illum deū utcunq; præsentasset: nō aliud
 q̄ signū esse poterat ignoti dei, quē uel ex Apostoli uer-
 bis constat, illos coluisse, potius q̄ statuam. Quod igno-
 rantes, inquit, colitis hoc ego uobis annuncio. Proinde
 non rejicit titulum: Ignoti dei. Tantum torquet, in ar-
 gumentū prædicandi euangelij. Atq; hęc ferē sunt isto
 rum argumenta, ē scripturis diuinis desumpta, que ta-
 men omnia tribus (qd dicitur) uerbis soluuntur: si dica-
 mus in adductis locis, idololatriam in quā tum genti-
 lium, tum Iudeor̄ animus maxime propendebat, pro-
 hiberi. Nunc cum nihil sit periculi ab idololatria, haud
 erat, cur tanto impetu diuor̄ imagines templis ejec-
 rent. Et tamē interim nobis obtendunt idololatriæ cri-
 men, non cui ullus unq; Christianor̄ obnoxius fuerit,
 nec quā isti metuant: sed quam fingunt potius, quo si-
 mulata religiōis specie, plebeiorum odium in nos de-
 clinent. Solent sacerdotes, inquiunt, & monachi cantil-
 lare in templis ad imaginem crucifixi, in hac uerba: O
 crux aue, spes unica: auge pijs iustitiam, reisq; dona ue-
 niam. Hic nihil aliud responderim, q̄ nos hac dicere ad
 imaginē crucifixi, non imagini, sed ipsi crucifixo. Neq;
 aliud respondisset Ambrosius, cuius hac sunt uerba in
 libro de obitu Theodosij: Inuenit Helena crucem, ad-
 orauit, non lignum: quia hic gentilis est error, & uani-
 tas impiorū, à qua deus longe abesse uoluit suos culto-
 res, dicens: Neq; coles neq; adorabis ea: Sed illum ad-
 orauit, qui pependerat in ligno, regnauit à ligno, scri-
 ptus est in ligno. At adoratis, inquiunt, crucem, infigitis
 oscula,

oscula, suspenditis anathemata, ac genua inflectitis, Ad
 oram⁹ fateor, nō lignū ut lignū: sed quatenus signū, qđ
 qui facit, rem potius quę significatur, adorat. Idq; sanè
 Augustinus docet. 3. doct. Christianę cap. 9. Qui, in-
 quīt, ueneratur signum uisibile institutum, cuius uirū si-
 gnificationemq; intelligit, non hoc uenerat, quod tran-
 sit: sed hoc potius, q; talia cuncta referenda sunt. Quod
 si quis (ut idem inquit. 1. doct. Christianę) signis uti-
 liter institutis, pro rebus quibus significādis destinata
 sunt utatur, carnalis est seruitus. Itaq; cum dicimus: O
 crux aue &c, id adoramus quod crucis signaculo desi-
 gnatur. Quicquid etiam honoris imagini exhibemus,
 quatenus imago est, ei potius exhibemus qđ imagine
 præsentatur. Imaginis namq; honor (Basilius inquit)
 ad exemplaris transfertur honorē. Sed impium forte
 hoc quoq; illis videbitur, q; adoramus diuos, cum scri-
 ptum sit: Dominū deum tuū adorabis. Etiam nos sanè
 nefas esse ducimus, ea religione adorare diuos, qua nu-
 men colitur. Et tamen homo hominē, uel hoc nomine
 pronus adorat, q; maiestatem, dignitatemq; aliquam
 obtineat: aut sanctimonia uitæ sit prædictus. Quid igi-
 tur est, quamobrē nobis uitio uerti debeat, si hoc obser-
 uatię genus diuis exhibeamus? Aduerterent ἄγιον αὐτόν,
 adorationis uocabulū non proprie cultum significare
 numinis, sed reuerentiam illam, quam inflexis genub⁹,
 aperto capite, incurvato corpore, aut alio quodā gestu
 corporis exhibem⁹ dignitate, autoritate, aut sanctima
 nia conspicuis. Vnde quod Hiero. Gen. 39. uertit: Ve-
 strosq; manipulos circumstantes adorare manipulum
 meum: hoc modo ex Hebræo uerti poterat: Vestri ma-
 nipuli circumuoluti adorabant, seu uenerationē expri-
 mebant erga manipulum meum. Non enim statū, sed

motum significat dictio hebraica. Vnde & septuaginta uerterunt, τὸ προφίτεται ἀράχναται. Et circumuersi manipuli uestri &c. Vnum itaq; deum, ut caput ac fontem salutis adoramus, diuis suum honorē exhibemus. Et à solo deo salutem perimus nō à diuis, neq; ab imaginibus: sed tamen per diuos, ac saepiuscule coram imaginibus, non ab imaginibus ipsis. Quis enim Christianorū tā lapis sit, ut putet lapidibus & lignis inesse sensum: uel ut lignū adoret, uel salutē petat à lapide? Quin ad hunc potius modum ad imaginē crucifixi oramus: O bone Iesu qui in cruce salutare nobis suppliciū pessus es, fac nos huic mundo multis modis maligna mori, ut tibi per petuo uiuamus.

Sed sint sane aliqui, qui religione numinis adorauerint statuas, quantulo negotio doceri poterant, in hoc tantū repertas esse imagines ut signa sint, quae imperitos instruant, ac memoriā subinde renouent. Confregit, inquiunt, Ezechias serpentē æneum, quem Iudei iam per aliquid secula adorauerant. Confregit fateor, neq; id non religiose fecit, posteaq; uidit populū non aliter ab idolatria posse auelli. Nunc quo quis alio, q̄ εἰκόνομαχια huic malo mederi poterat. Si hoc pacto corrigēdi sunt abusus hominū, iamdudum omnes creaturas sustulisse oportuit. Quotq; enim cuiq; diuinam culturā non legimus exhibitam. Adeo ut sapiens dicat, creaturas insipitiibus factas esse in muscipulā. Sed nō ideo tollendae sunt ē medio, si his abutant̄ impij. Non rerum usus tolendus est, sed corrigēdus abusus. Quid isti qui tā male uolunt diuīorū imaginib⁹ fecissent, si errorem uidissent ethnicorū, quos autor est Lucas, deitatis honorē transferre uoluisse in Petru & Paulum Apostolos. Anteuer- tissent (qd video) Apostolorū expostulationē, sustulisse sentq;

sentēc illos ē medio, ne quibus occasio fuissent idololatrię. Imò tantus est ipsoꝝ zelus, ut ne umbra quidē Petri uictura fuerit, si uidissent sanari infirmos, quos illa obumbrasset. Nam hic fortè nonnihil erat periculi, ut Petri umbrā adorarent religione numinis. Quod nisi isti pias ipsoꝝ umbras (quod dicit) metuerent, uereor ut (quae ipsoꝝ est in imagines seueritas) illas quoꝝ mēbratim discerperent. Quandoquidē & hic periculū est, ne superstitionis uel ut mollius dicam, indocti & simpli-
 ces, umbratiles istorū imagines religiosius colere incipiant. Quis em̄ non umbræ citius, q̄ trunco aliquid credat inesse numinis, istorū pr̄sertim qui tam insigniter sunt euangelici. Deniq̄ nō uideo, quō orbem Christia-
 num ab idololatriæ periculo liberent, nisi imagines ē cordibus quoꝝ excutiāt hoīm. Neḡ enim fieri potest,
 quin imago aliqua eorū quę audimus ac legimus, cordi-
 se ingerat. Quod si hinc quoꝝ periculū sit, uereor ut huic malo alio consilio occurrere non possint, q̄ si cor-
 da quoꝝ hominibus eruant. Hęc satis ad iocum. Acci-
 pe ad seriu: Si periculum est idololatrię, habere imagi-
 nes in templis, cur non item periculū est, eas affluari
 in domibus? In templo, inquiunt, homines adorādi gra-
 tia confluunt. Quid tum postea? An non in domibus
 quoꝝ & cubiculis ſāpe adorant? Si dicant, etiam ei-
 ciendas esse domibus, non deerūt fortè aliꝝ eius ſectar, qui omni (quod dicit) uoce repugnant. Certè Zwin-
 glius ægre patitur, illas ē domibus excuti. Ac ne ē tem-
 plis quidem oēs eiſcit, ſed eas tantū, quę non ornat⁹ uo-
 luptatiſue, ſed religionis cauſa iſtic affluant: Ornatus
 cauſa ſunt Atlantes & tibicines, quos fabri addunt ful-
 ciendis columnis, & gallus ſacræ turris fastigio impo-
 litus, imagines deniq̄ in fenestrīs, modo diuos nō refe-

rant, imagines itē quę in librorum frontispicijs, in pœ

eulis item argenteis, aureis, siue etiam inauratis uisuntur. Denicq; quę in domorum parietibus ac postibus in hoc sunt, ut exornent ædificia. Fateor hęc oīa ornatae ac uoluptatis gratia fieri. Quęadmodū imagines in annulis, in numismatis, & mensuris, non cultus gratia inuenientur: sed aut ornat⁹, aut societatis humanę causa, quę sine his aut omnino non consistit, aut minus cōmode gerit. Id quod & Augusti indicat. 2^o doct. Christianæ. Sed respondeant hic mihi, qui tantopere urgēt periculū idololatrię. Cum istis em̄ res mihi est. An ideo non est periculū idololatrię, si imagines uel ornatus uel uoluptatis causa asseruantur in domibus: aut si in hoc factae sint, ut in usum uitæ necessariū proficiantur. Cōstat Iudeos adorasse serpentē æneum, quę tum non in hoc erexerat Moses in stipitem. Quin potius, ut eius asperitu sanarentur à plaga. Idē quoq; periculi timeri poterat in Cherubim. Nam qđ Zwingli⁹ apud Bernates respōdit, Cherubim fuisse figuram propiciatioñis, quę Christus est, οὐσία τρόπος īπος. Hoc enim non tollit periculum idololatrię, ut neq; in serpēte. Et hic non queritur, cui usui destinata sunt Cherubim, sed an citra periculum in templo fuerint.

Nec recipio, si mihi pythagoricū aliquid respondeant àutōs ἐκλεγον, ipse iussit. Scio iussu dñi facta esse Cherubim. Sed isti urgent periculū idololatrię, quā admissam constat, non modo in simulacro hoīs, uerū etiam in similitudinibus siue fictis siue pictis quadrupedū & serpentum & uolatiliū: ut est Rom. 1. Sap. 13. Ergo & hic admitti potuit. Sed demus ut certe donādum est, nullū esse periculum ex imaginibus, quę uel ornatus, uel uoluptatis causa asseruantur in domibus, pinguntur in parietibus.

tibus, uenum exponunt in emporijs. An non in libidine extimulant? Nam id periculi, religiosuli isti cau-
santur in imaginibus, etiā ad decorum depictis, quales utiq; sunt quae uisunt in templis. Cur ergo illas nō tol-
lunt ē medio, quę citra controuersiā Veneri addunt sti-
mulos? Valeat ornatus, ualeat omniscę uoluptas, quę
nobis sit scandalō, occasioq; ruinae. Valeant imagines,
quę obscēnas nobis ac fōdas uoluptates ingerūt. Quę
tandem illæ? Non certe quę habentur in templis, etiā
si istic aliqd interim præter decorū occurrat, sed quod
procaci pictorum licentia debemus, nō ecclesiæ. Quas
uero passim circumferri uidemus ac uendi, tales certè
sunt, ut mascula etiam pectora mouere possent in libi-
dinē. Proinde iudicet hic qui uolet, q; sit nō modo præ-
posterum, uerumetiā impium, obscēnas habere imagi-
nes uoluptatis & ornatus causa: eas autē relegare, quę
in hoc factæ sunt, ut nos in honestatē promoueāt. Lam
& hoc uelim mīhi respōdeant ἐνομάχοι, q; præsertim,
q; in re sacramēti quadantenus nobiscū sentiunt. Si tāto
pe timēt idololatrię piculū, quin crucifixi imaginē ē pa-
ne sacrato abolēt? Sed pgo, & alia τῶν ἐνομάχων argu-
menta excutere. Præstiterit, inquiunt, sumptus quos se-
pe magnos uidemus esse in pingendis, sculpendis, erigē-
dis, exornandisq; imaginibus, collocare in pauperes.
Hic ne uerba prodigamus, breuiter dicim⁹: Neq; nobis,
neq; ulli cordatorum probari, si neglectis pauperibus,
superstitiosiores simus in colendis diuis. Sed uideāt isti,
ne dum pauperes obtendunt, Iudeæ exemplo crumenę
suę potius, q; aliorum inopiae consultū pergent. Neq;
enim suspitione caret, q; quoties ferē clamāt, istiusmodi
sumptus recti⁹ collocari in pauperes, primas sibi inter
pauperes tribuunt. Ipse uidi quosdā eius farinæ eccl-

siastes, qui cum forte è suggestu populum hortatur ad largiendas eleemosynas, manu appressa pectori, dicere solent: Nos illi sumus pro Christo pauperes, in quos recte contuleritis, quicquid est usquam diuitiarum apud monachos & monachas. Nos uiua dei tēpla sumus, que sumptibus in basilicas hacten⁹ collocatis exornare couenit. Quod si istorū animus tam propendet in pauperes, ac tenuis fortunæ hoēs, ut dicunt, cur illos facultatibus exuuunt? Cur è possessoribus eiiciunt? Cur toti in hoc sunt, ut pauperes bona ob quamlibet leuē culpā imò ob nullam sēpe causam, uel in priuatū ipsorum, uel in publicum uisum redigant? Noui quorundā in ea re ingenium ac studiū. Sed libet aliā uidere machinam, quā adserunt de moliendis imaginibus. In spiritu, inquiunt, adorare oportet, non in imaginibus corporeis, quæ animum subinde à deo auocant, & carnales interim cogitationes ingerunt. Obsistunt præterea ceu nebulae quædam, neclare deum contemplare liceat.

Quotocuiq; obsecro non notū est, hæc omnia esse commenticia, meraq; blasphemata impostorum nihil non comminiscuntur, quò errorem suum tueantur? Nō sunt nobis impedimentū imagines, neq; ceu nebulae obsistunt, quo minus diuina contéplari liceat. Hoc certe sunt animis nostris, qđ sunt perspicilla oculis. Non in his sistit uisus, sed in aliud fert. Nec impediunt perspicilla uisum, sed promouent. Quomodo etiam uerū est, imagines spiritum remorari, uel etiā auocare à contemplatione colestium: quæ dissipatas animi intentiones potius colligunt, atq; in diuersa distractum animū reuocant. Quoq; fit, ut nihil de Christo cogitantes, cū forte occurrit imago crucifixi, in memoriam passionis Christi redeamus, ac procidētes, iuncte nesciq; pectora adoremus & gratias.

gratias agam, pro beneficio. Quoties item depictæ in parietibus diuorum historiarum animum nobis addunt, suppeditant fidutiæ, atq; in spem nos excitant diuinæ misericordiæ? Quis em (ut hoc uerbi causa dicam) depictas cernens Antonij & Pauli ad fontem sedentium, coruiderit alimonij deferentis imagines, nō illico spem concipiatur diuinæ prouidentiæ? Quis etiā unq; tam induruit, cui uel facta uel picta imago Magdalene, ad Christi pedes uelut flentis ac uenientia precantis, lachrymas non excutiat? In itinere, interq; deambulandum, s;pe confabulamur nescio quæ. At ubi forte oblata fuerit crucifixi imago picta uel sculpta, an nō continuò ab ociosis fabulis temperamus, & ad sermonem magis frugiferum nos recipimus? Et qua igitur fronte audent isti, contra suā ipsorum conscientiā dicere, qd; imagines à deo auocet?

Sed carnales, inquiunt, cogitationes ingerunt. Hoc si de imaginibus turpibus diceret, cuius generis sunt quæ passim circumferuntur, uisendæ proponunt in pergulis, ac uenduntur in mercatibus seu nundinis, fidet forte nobis faceret. Nunc quām nequam oportet esse oculum, qui ex imaginibus ad decorum depictis, carnalem cogitationem concipit?

Ad hæc obtendunt scadala, quæ apud infideles & idiotas s;pe oborta sint ex imaginibus. Ac proferunt eius rei historiæ de Iudeo, q (si dijs placet) nuper nobis coepit esse Christianus, nescio aspersus an tintitus. Is, inquit, coram fassis est, iam à multis inde annis illius incedisse animo, ut Christo nomen daret in baptisme, sed solam Christianorum idolatriam illi fuisse in mora. Sed audi historiam, quā bona fide denarrabo, & deprehendes uanissimum fuisse fucum, quicqd illic actum est. Superioribus mensibus, apud Rauracos Iudeus quidam

sacra.

sacro initiandus erat baptisme. Condicta est illi dies & hora post meridianam, qua solet esse concio ad populum. Interim curatus est, ne quis abesset fabulae. Apperit dies et hora. Capana majori conuocatus est populus. Oecolampadius suggestum conscedit. Habitum est sermo ad promiscuam multitudinem, sat bene prolixus. Cui huc Colophonem addidit. Admonet Iudaeum in aeditione omnibusque conspicuo loco positum, ut uotum suum coram exponat. Respondit hac se causa concessisse Basilicam, ut istic Christo nomen daret. Tum Oecolamp. Quam pridem, inquit, animo tuo insegit initiari Christo. Respondebit, id sibi iam inde a multis annis fuisse in animo, Rogat Oecolamp. causam, cur non baptismum receperit, simulatque deus hunc illi afflasset animum. Aperit ille causam. Dicit se Christianorum superstitionis culturis, ac idololatriam resipientibus absterritum, in hoc usque tempus protulisse baptismum. Necdum Iudeus dicendi finem fecerat, & ecce exclamat Oecolampadius in papistas nescio quid tragicum. Sic enim degeneras ab ecclesia, contumeliandi animo nos appellat, qui Papam caput ecclesie agnoscimus. Nemo ferre in concione erat, qui non aduerteret regem de cōposito, & quasi ex compacto geri. Tandem iubet Oecolampadius ut candidatus ille suus symbolum clare distinet, et articulate pronuntiet: quod tamē ita immurmuraliter dicitur, ut multi, qui Oecolampadio sunt addictissimi deierare ausint, se non audisse articulum, qui habet Christum natum ex uirgine. Vehementer proinde stupidum esse oportet, qui non intelligit, Oeco. totius negotiorum commenticium fuisse architectum, ac merita fuisse imposturam, quicquid illic actum est. Quid autem aliud facerent, quod docent fas esse fucis ac technis uti, promouendo euangelio? Jam prostata libellus, eadē opinor licentia excusus, quo se

Se ultro recipiunt docturos ex ueteribus ecclesiis patribus & concilijs, abolendas esse diuorum imagines. Eum li bellum nondum mihi uidere contigit, tamē uereor, ne qua sunt impudentia, haereticorum conciliabula pro ecclesiæ concilijs, nobis obtrudat. Vereor ut quod olim fecesse legimus ^{enorme} ~~enorme~~ ^{enorme}, Epiphanius Cypri episcopum à se stare dicant. Hunc fingebat de seipso scribere, quod cum uenisset in ciuitatem Anabathma, uelū in ipsa templi ianua in qua forte imago crucifixi depicta erat detraxiisse, ut peregrinū inuolueret. Atqui hyponemata Nicanori concilij, que nobis Basileæ ante obortum istic tumultum uidere contigit, constanter negant, sanctū illū episcopum tale aliquid uel fecisse, uel scripsisse; sed à rabulis illis confictam epistolā Epiphanius noīe, quod ^{enorme} ~~enorme~~ ^{enorme} ipsi succederet. Sed quae tandem nobis concilia perferunt? Certè si ad constabiliendam perfidiā, licet istis adducere, quicq; uel ab haereticis uel à schismaticis dicitum est in concilijs, non mirū si hoc quoq; in ratione adferant, qd quosdā in ipsa sacrosancta synodo produxisse legimus. Christus, inquit, nullam præcepit figuram fieri q; sui corporis, in cena dicens: Hoc facite in meam cōmemorationē. Nulla igit alia imago habēda est Christianis. Tempestiuū profecto argumētum qd et imagines deiciit, & corporis sanguinisq; dominici ueritatem in sacramento, negat. Sed quid respondeat synodus opereprécium fuerit adscribere.

οὐδὲς γὰρ ποτὲ τῶν σαλπίγγων τὸ τενέματος ἀγίων ἀποσόλων, ή τῶν ἀοιδίμων προσευχῶν ἡμῶν, τὴν ἀναιμάκτων ἡμῶν θύσιαν τὴν ἐις ἄν ἀμνηστὸν τὸ πάθεος χριστὸν τὸ θεῦ ἡμῶν δέ & ἡρός, & quæ sequuntur. Quorum hæc est interpretatio: Nullus unq; sanctorum Apostolor, qui tubæ fuerunt spiritus, nullus item uenerabilium seniorum nostror, in-

eruentū

cruentum hoc nostrum sacrificium, quod in cōmemorationem passionis Christi dei nostri, per sacerdotē offeratur, figuram esse dixit corporis eius. Quin audiunt dicentes in euangelio: Nisi māducaueritis carnem &c. Neq; dixit: Hoc est figura corporis mei, sed hoc est corpus meum. Haec tenus uerba synodi. Tametsi non uideam, qd hoc argumēti ad refellēdas imagines faciat. Nam si figuræ uocabulū pro signo sacramentario accipiāt, nihil ad presentem causam facit. Sin pro imagine facta uel picta corporis Christi, saltē ab illis Seruato-
 ris imaginem impetrabimus. Interim mihi aduertant Oecolāpadiani ueritatē corporis & sanguinis Christi in sacramento τῆς ἐνχαρισμοῦ. Audiant à sacro sancta sy-
 nodo astrui altaris sacrificium. Sed uere or ne, ut sunt οὐλη
 γετράχιλοι, neq; nos, neq; patres, neq; concilia, neq; ecclē-
 siam, neq; Christū ipsum exaudiant: sed obturatis auribus
 pergant esse sui similes. Quod si fecerint, nos quid
 aliud, q̄ surdis fabulam cecinisse uidebitur? Tu itaque
 frater si me audis, temperabis tibi ab istorū consuetudi-
 ne. Hoc enim famæ tuæ probe consules. Etiam hoc no-
 mine non paruā apud me inibis gratiam, id est, omni
 (quod dicit) pede aduersus impia istorū dogmata ste-
 teris. Quod nisi feceris, non deerunt, quibus istorū in-
 stitutis dissimulāter fauere uidearis. Nec moueat quod
 multi, istorū sententiæ accedūt. Sunt multò plures, mi-
 hi crede, quibus ex animo displicet fabula: ne dicā mul-
 tots esse, qui uel serō resipiant, abiuratisq; sectis pedē re-
 ferūt. Sed neq; hoc te in ruinā edificare debet, q̄ uideas
 insignes aliquot, ac primariē autoritatis uiros hisce se-
 ctis addictos. An ideo ueritatē obtinent hæreses, si in-
 signes aliqui & imaginibus clari, à ueritatis regula p-
 lapsi fuerint. Non ex personis fides probāda est, sed ex
 fide

IN ICONOMACHOS

191

fide personas probari cōuenit. Memineris frater quod
necq; temere à quopiam dictū est: Nullā esse sectā tam
fœdam, tamq; ratione carentem, quæ suos non habeat
defensores & obseruatores. Et tamen uidemus nunc re-
dire aliquos, qui nō postremas certe partes gerebant
in hac fabula. Non nouus est error, imagines tollēdas
esse ē templis. Et sunt inter exempla, nō solū postre-
mæ sortis homines, uerum etiā monarchæ, & penes q̄s
rerum summa erat, à quibus non semel tentat̄ sint di-
uorum statuæ. Verum nunq; illis processere conatus:
Nam Philippus qui post Tyberium Iustinianumq; à
se imperfectos, terū potitus est, quid p̄fecit obsecro, de-
moliendis sanctor̄ imaginib; nisi q; ictus anathema-
te, regno quoq; exutus est? Iam & Chrysostomus te-
stis est, subuersores imaginū seueriter à Theodosio ha-
bitos, adeo ut monachi ē speluncis egressi, uix tandem
ueniam reis in uincula connectis, iamiamq; plectendis
exorauerint. Sed neq; Leonī eius noīs tertio, res opor-
tunè cecidit. Iusserat is omnes sanctor̄ aboleri imagi-
nes, obtendens idololatrię crimen, cum nihil aliud q̄ re-
ligionis odium esset in causa. Verū hunc Leonē, quem
bestiam uerius dixisse q̄ hominē, Gregorius huius no-
minis tertius, pontifex Roman⁹, uir græce & latine do-
ctus, anathemate ferijt, coacta Romæ synodo mille p̄
p̄ episcoporū. Constantinus huius filius, quintus eius
quidē noīs imperator, magnus & sacrileg⁹, patris im-
pietati per omnia respondit. Nam & illo autore subla-
tae sunt diuor̄ imagines. Post hunc Leo quart⁹ eius no-
minis, moderatus imperium, patre in imagines multò
iniquior. Quo sublato coacta est altera Niceena syno-
clus, Constantino hui⁹ Leonis filio ac matre eius Hyre-
ne pententibus, in qua sanctum est, non abolendas esse
sancto.

sanctorum imagines. Et ne quis in posterū uel errare, uel Christianos idololatriæ insimulare posset, usum imaginum sacro sancta synodus hoc nobili carmine docuit.

Non deus est, sed picta deum præsentat imago,

Qua uisa tu mente colas, quod cernis in illa.

Quanq; ne sic quidem extinct^o est error. Quin totam ferē Europam peruersit, tantisper in Germania quoq; nostra, nescio quo omnium infelicissimo Felice autore degrassans, dum Carolus ille Magn^o coacta apud Frā cofordiam ad Menum fluum, synodo consopiuit hæ resim. Inter ea rebus aliquandiu satis tranquillis, ortus est nescio quo malo sydere Carolstadius & post hunc Zwinglius & Oecolamp. qui bellum in imagines instaurant. Sed quid putas istos profecturos? Hoc nimis uerteres ^{εικονομάχοι}: Procellit illis aliquandiu, fato. Et istis impī conatus commodius cadunt, q; ipse uelim. Quid uero futurum sit, tempus quod omnia re uelat, ostender. Nihil addubito quin pessime illis cesserum sit, quod aggressi sunt facere. Hos itaq; mi frater, ut præsentissimā pestem fugino, ne te cōmune cum ipsis periculum excipiat. Scio in templis non quilibet habendas imagines absque discrimine. Nolim neglectis pauperibus, immodice & superstiosius exornare statuas: sed in his uel extruendis uel exornandis adhiberi modū cupiā. Tāetsi apud nos irates nihil erat, q; uel modū excederet, uel à decoro recesserit. Et si maxime ita fuisset modus adhibendus era t non prorumpendum in excessum. Turpes picturæ, si quæ istic fuissent submōuendæ erāt, non in uniuersum exutiendæ statuæ. Præ fertim ubi nemo non sciebat, imagines nihil aliud esse, quam signa idiotarum animi: data, quibus instruātur,

&

IN ICONOMACHOS

195

& alios doceant. Quod utinā isti, qui tā euāgelici à nobis haberi uolunt, turpes & obsecenas imagines, quas nunc passim in tabulis, in chartis seu mēbranis, in annulis & columnis, omnibusq; ferē domorum parietibus nō iconicē modo sed ethicē etiam elaboratas uidemus, in Anticyras relegarent. Multo sanē rectius cōsultum foret rebus Christianis, quām sic debachanter sēuire in diuorum Imagines. Cum uero turpes ac priapeiam obsecnitatem præ se ferentes domi retinent, ac fœdiores etiā uel coēmunt, uel pingi faciunt, pulchre nobis seipso depingunt: adeo certe, ut nullus nel Apelles uel Zeuxis expressius ipsos depinxerit, quām ipsi sese suis, quod aiunt, colorib;. Deierares ipsos quo quis Polygnoto uel Aristide superiores, qui animum ingeniumq; suum tam luculenter nobis exprimunt. Quoto enim cuiq; non fit perspicuum, istos nō in hoc demoliri imagines, ut scandala (quod prætexunt) tollant ab ecclesia. Alioqui à turpibus & indecoris inceptū oportuit, sed ut ecclesiasticis uiris odium, apud indoctam plebeculam concilient. Sed desino tibi molestus esse. Ac planē uereor, ut commemorandis istorum stultijs, studia tua interpellem. Bene uale frater chariflme,

Salutabis mea causa quām potes officiosissimē
utrung; parentem nostrum, fratres item.

& sorores. Ex Friburgo Brisgoiq;.

An. instauratę salutis. 1531.

Postridie natalis diuæ
dei Genitricis.

N

CON-

CONFFLICTATIVN^S
CVL A HIEROPREPII ET
Misoliturgi, de ratione sacrificij Missæ.

**Per Ambrosium Pelargum,
 ordinis prædicatorum**

1552.

HIEROPREPIVS.

HEVS heus puer. Quis est, quem ueniētem emī
 nus prospicio. Puer Samius. Misoliturgii video,
 comitatum sectæ suæ satellitibus aliquot. Hiero-
 Papæ triste omen. Sam. Imò lētum omen est. Nam spe-
 ro occursum istius, boni aliquid paritum. Miso. Sal-
 ue Hieroprepī. Sed heus tu. Quin nos uicissim salutas?
 Hiero. Salutarem hæreticum? Miso. Quid isthuc dicis?
 Hiero. Quod religio sit Christianis, hæretico salutem
 dicere. Mi. Quamobrem? Hiero. Quò pudefactus resi-
 piscat. Miso. Heus tu. Hiero. Quid me uis? Miso. Resiste
 parumper ac doce sicubi erro. Hie, Nunc aliò me uocat
 negotiola quædam: sed recipio me id facturum primo
 quoq; tempore. Miso. Sed sacrosancta atq; inuiolabili
 scripture autoritate, sine qua operā luseris. Hi. Et hoc
 equidem lubens fecero. Miso. Ne tu quidem magnifice
 polliceris. Sed quādo te recipis doctrum q; errein, co-
 git tum meæ, tum concreditq; ecclesiæ salutis ratio, ne
 id benevolentia tuae contemnā. Proinde religione te
 obstringo, condicas mihi horam: & summa modestia
 missum

DE SACRIFI. MISSÆ.

195

missum factis omnibus conuitijs , tecum colloquar, &
audiam placide.Id erit multo satius, q̄ ut amaris libel-
lis nos mutuum proscindamus . Ipse nihil in me defy-
terari patiar, quod ad pacem fouendam attinet.Hier.
Sed neq; ego, quatenus illæsa ueritate licebit. Miso. At
interim neq; diem neq; horam præscribis, qua te con-
ueniā. Hiero. Quādo miki pergis esse molestus, placet
ut à prandio nos conuenias, Mi. Sub quam horā? Hie.
Sub primam, si tibi sit integrum. Miso. Tu uero, quād
nunc properas? Hier. Rectā domū eo. Illic te expecta-
bo. Quod si uoles, uocabo te per puerum meum, Miso.
Age fiat. Hier. Heus puer, accerse Misoliturgum ad col-
loquium. Samius. Fiet. Hier. Quid cessas furcifer? Scin'
hanc illi condicā esse horam? Sa. Instat prima, te Hie-
roprepus domi expectat. M. Imō iamdudum sonuit
prima. Sam. Quid igitur cessas? Mi. Quid tantopere ut-
ges? Sam. Ni statim adsis, ego uapulo. Mi. Venio. Salue
Hieroprepī. Hie. Satis iam salueo. Quod utinā tu non
male ualeas animo. Mi. Isthac parte laborare tibi ui-
deor. Hiero. Maximē. Miso. Vis accersam medicū, qui
contempletur lotium? Hier. Non opus est inspectore
medico, Palām est, quis te morbus habeat. M. Quis?
H. Laboras hæresi, qua haud scio an illum sit lepre ge-
nus nocentius ac fœdi. M. Bona uerba. H. Atqui sic ha-
bet. Mi. Non magnopere laboro, quem tu mihi morbus
affingas. Hi. Impudētissime affinxisse uidear, nisi hoc
de te sit omniū orthodoxorum iudicium. Mi. Valeat
iudicium papisticum. Valeat medici ac pharmacopolę
omnes. Hier. Miserum te, qui morbum non agnoscis.
Miso. Vbi decertatum fuerit, tum appareat, uter labo-
ret. Hier. Oh palestriten. Miso. Certè non ignauū me
esse senties, ubi periculum mei feceris. Hier. Experiar

N 2 qui

qui uir sies. Sed quid est obsecro, quāobrem tot socios
periculi, tibi adiunxeris? M. Nō sunt socij periculi. Spe
ctatores erunt. Hie. At ego non cōmittā, ut arbitri sint
fullones, latomi et hoplomachi. M. Fac bono sis animo
Hie. Calet hypocauustum illuc nos recipiemus. Est enim
is locus ei palæstræ generi, quod uerbis non rebus agi
tur, commodior. Misol. Erit hoc mihi quoque gratum
ταλαισόρων. Nimirum qui aduersus frigoris iniurias.
haud p̄bē instructus sum. Hi. Video. Sed faciamus peri
culū. Mi. Fiet, sed ea lege: inter nos certabitur, ut uiectus
cantet palinodiam. H. Accipio conditionem. M. Adsit
fortuna. H. Sed fortiori: Nā fortes, quōd dicitur, fortu
na iuuat. Mi. Hoc primū ex te rogo. Qua tu mihi frō
te hæreſeos crimen impingas, qui hoc hominum ge
nus, angue quōd dicitur, peius odi. Hier. Qui potes odiſ
se, quod oībus tenes unguiculis. Mi. Quid ē H. Meridia
no sole clarissimus est, eorum te errorem mordicus tueri,
qui ab ecclesia tollunt corporis & sanguinis Christi u
ge sacrificiū. Mi. Ha ha he. Hoccine est inexpiabile illud
crimen hæreſeos ac prorsus indignum, cui Aue dixeris.
Quid à me peccatur, si id negem, quōd qui asserit, opti
mo iure in hæreticorū classem refert. H. Quur sic! M.
Quōd nulla sit huius sacrificij ratio. H. Nulla prorsus.
Misol. Qua igitur ratione ecclesia corpus & sanguinem
Christi sacrificeat. An ut nouam paret satisfactionem,
expiandis hominum peccatis? Hierop. Minime. Quis
enim dubitet, Christum abunde dependisse precium.
Mi. Ergo si Christus abunde exoluit, nihil deest illius
sacrificio in cruce oblato, quod in missa faretiendum sit.
Hie. Nihil prorsus. Est enim hoc sacrificium omnibus
numeris absolutum. Misol. Quò ergo illud tuum! mis
sæ sacrificium, quod tantopere prædictas? Hier. Primū
in

in hoc nobis sacra fiunt, ut iugis illa corporis & sanguinis Christi oblatio, memoriam eius quod semel in cruce actum est renouet. Sic enim ipse seruator precepit discipulis, ut hęc in sui commemorationem faceret. Miso. Perge. Hiero. Deinde ut litando, magis magisq; propitium nobis reddamus patrem misericordiarum, ipsumq; exoremus, ut ea quae crucis sacrificio nobis cōparata sunt, commode cedant. Mi. Quam hic mihi fabulam narras, neq; plausibilem sanè, neque gratiosam? Hier. Quid? Fabulam? An non ea communis est sacrificiorum ratio, ut his diuinū fibi fauorem homines magis ac magis concilient? Miso. Refricare memoriam mortis dominicq; id mihi esse uidetur, quod annūciare mortem domini. Hier. Certe non longo admodum interuallo distant. Mi. At qua tu arte ad solos torquebis sacrificios, quod Paulus omnibus Christianis uult esse commune? Hier. Recte quidem Apostolus, sed aduteres non uno modo, nimirum non uerbis tantum, uerumetiā sacrificijs mortem domini annūciari solitam. Consule diuina uolumina, ac ita habere perspicies. M. Confessum est Christi mortem non prophetarum modo oraculis, sed & figurarū inuolucris, sacrificiorumq; ritibus annūciatā esse ueteribus. Hiero. Ita profecto est. Illorum namq; sacrificia deliniabant, ac uelut adumbrabant Christi sacrificium. Ne itaq; Christiani frigidius mortem domini annūciare uideamur ueteribus illis, conuenit sanè, ut non ore tantū prædicemus Christum crucifixum, uerum etiam corporis & sanguinis sui oblatione, imaginem hostiæ crucis referamus. Mi. Atqui reclamat Christi institutum. Hier. Qui sic? Mi. Ille ubi iussisset suis, acciperent, manducarent ac biberent: adiunxit. Hoc facite in mei commemorationem

Vbi pronomē Hoc, si suum agat officiū, id solum operet referat, quod præcessit. Quin ipse Apostolus Christi uerba, ad eum sensum luculentissime interpretatur, cum dicit: Quotiescumq; manducabitis panem hūc & calicem bibitis &c. Quo planè significat, nihil aliud esse annuciare mortem domini, quam in commemorationem mortis eius manducare panem, & bibere calicem, utrumq; sacratum. Hier. Hic ut præpostero ordine respondeam, tu profectō cum sic uerba Christi per Paulum exponis, quid aliud quam genuinum sensum falsa interpretatione corrumpis? Miso. Bona uerba. Hiero. Atqui sic res habet. Iubet Christus, ut qui edūt corpus suum, ac sanguinem bibunt, mortem ipsius annunciet. Idem facit Paulus. Tu uerò de tuo addis: Nihil aliud esse annuciare mortem domini, quam edere & bibere in ipsius recordationem. Quod si ipsa seruatoris uerba sixius inspexeris, videbis lögē aliud esse facere, aliud cōmemorare. In commemorationem siquidem eius face re nos uoluit, quod fecerat ipse. Quoto autē cuiq; non constat, aliud esse quod fit, aliud cuius gratia fit. Miso. Non hoc inficiar. Hier. Qui ergo consistit, commemo rare seu annuciare mortem domini, nihil aliud esse q; manducare & bibere! Saltem dixisses, annūciare mortem domini id esse, quod manducando hunc panem, ac bibendo calicem, cōmemorare mortem domini Miso. Ita dicerem. Hier. Quur etiam artamur ad unum anni ciationis modum, cum ut dixi: pluribus ac uarijs modis annuciari possit: Et Paulus nō prescribat, ut solum edendo ac bibendo hoc fiat. Quid quod neq; Corinthijs formam prescribit annuciādi mortem domini? Tantum monet ex Christi uerbo, cēnam esse celebrādam in memoriam mortis dominicæ. Si probaueris Christiū sine

fine sacrificio celebrasse cœnam, & Paulum item non
 aliud, quām commendasse mortis & passionis euange-
 lium: tum demū fortassis donabitur, annunciare mor-
 tem domini non aliud esse quām edendo & bibendo
 passionis suæ renouare memoriam. Quod si sub cœnam
 sacrificauit, malignum te profectō interpretē uerborū
 Christi esse oportet, qui doceas nō aliud, quām cœnam
 nobis esse commendatam. Mis. Tu uero dic fodes, unde
 constet Christum immolasse sub cœnam. Hiero. Extra
 controuersiam est, missam esse ritum à Christo institu-
 tum. Atqui ritus ille alius fuisse nō potest ab eo, quem
 David descripsit fore secundū ordinem Melchizedech.
 Quod cum Melchizedech panem & uimum obtulerit
 in sacrificium, nō pulchre responsat figuratum figuræ,
 si Christ⁹ sub panis ac uini speciebus corp⁹ & sanguinē
 non obtulit? Mi. Imò citius aquā è pumice exprimas,
 quām ex illo Melchizedech facto altaris sacrificiū pro-
 baueris. Nam quod tu probando hoc tuo instituto seu
 confessum assulmis, optarim tam certum esse, q̄ incer-
 tum est. Hie. Incertum? Mis. Ut nihil profecto sit in-
 certus. Hier. Obtulisse Melchizedechē ex eo liquet, qđ
 ēn causam prolati à se panis ac uini adfertur. Erat em̄
 dei excelsi sacerdos. Mi. Quid si coniunctionem Enim
 nequaquā istic inuenias. Hier. Relego te ad Eckiu, he-
 braicę lingue facile antistitē. Nam extat illius libellus,
 de missæ sacrificio, unde quod dico discere possis. Mi.
 Iстic docet nullam hebræis uoculam esse aliam, quæ præ
 fatæ coniunctionis uim habeat, præter eam quæ eo lo-
 ci ponitur. Sed quis commode inde colligat, eam uocu-
 lam hoc loco non aliud significare? Præsertim cum &
 copulatiuæ coniunctionis uim habeat. Hier. Ita habere
 ex æditione Hieronymi, quā nemo non probat, uidere

liceat. Mi. Autor eius epistolæ, quæ fertur ad Hebræos, abundè indicans in quibus Christus Melchizedech re sponderit, huius rei ne una quidem syllaba cōmeminit: ut uel hinc appareat commentum esse, eorū nimirum qui non tam gregi, qui illis fortè contigit gubernan dus, quām uentri suo prospiciunt. Hier. Haud temere hoc mysterij Apostolus subtituit. Mi. Quid ita? Hier. Confert istic Christū cum sacerdotibus Mosaicis. Chri sti item sacerdotium ac sacrificium cum illorum sacrificijs. Neq; aliud sibi in ea quidē epistola sumit, quām ut ostendat Christi, sacerdotium longiore interuallo Mo saicū illud à tergo relinquere. Porrò ad id qđ illic mo lit Apostol^o, ut pulchrè quadrabat inducere Melchizedech regē pacis simul & iustitiae, sine patre, sine matre, sine genere: & qui nec initium dierum, neq; finem uitæ habuerit: qui item & Abrahæ benedixerit, & ab eodem decimas quoq; acceperit: ita minus aptum erat ac plane intempestivum, cōmemorare sacrificiū Melchizedech. Mis. Qui sic? Hoc em̄ nihil maior est Melchizedech sacerdotibus Mosaicis. Proinde nihil erat, ut in hoc alter alteri assimilaretur. In alijs autem hoc rectius assi milant, quo pluribus parasangis uterq; præcurrit Mo saicum sacerdotium. Nisi forte is, qui simul rex est & sa cerdos, idemq; (quod inducta habet periphrasis) perpetuus, qui item benedicit Abrahæ adeoq; Mosaico sa cerdotio, deniq; qui decimas ab eodem accipit, Mosai cos sacerdotes dignitate non supererit. Mi. Sine controuersia, id quod minus est ab eo quod maius est, benedictionem accipit. Hier. Cæterum cum cōstans sit Christum Melchizedechi assimilari in sacerdotio, indignū fuerit, si illi non respondisset in eo, quod uel præcipua est sacerdotij functio. Atqui inter sacerdotij munera,

cum

cum primis est offerre sacrificium. In hoc ipsum enim
 omnis pontifex assumitur, ut hostias & sacrificia offre-
 rat. Quid autem ad id, quod non solum peculiare uerū
 etiam præcipuum est sacerdotij munus, facit esse regem,
 non habere patrem, aut matrem, & id genus alia? M.
 Nihil prorsus. Hiero. At offerre sacrificium primas te-
 net. Quod cum igitur Christus sacerdos sit, iuxta ordi-
 nationem Melchizedech, cui cunctum sit, panem & uinum
 non prius illum exhibuisse in cibum defatigatis ex iti-
 nere militibus, quam ea deo obtulisset, nemo absurde
 dixerit. Christum oblatum a se corpus & sanguinem
 contradidisse apostolis. Mis. Argutè tu quidem. Sed
 caendum ne quid tibi temere sumas, præter apostoli-
 cam traditionem. Hier. Posteaq[ue] plane docet Aposto-
 lis, in coena dominica annunciam esse mortem do-
 mini, licetne id perfectissimo, quod eius fieri potest, mo-
 do facere? Mi. Quid ni? Hier. An uero perfectius an-
 nunciari & exprimi possit Christi mors & passio, quam
 hoc altaris sacrificio? Mis. Non arbitror. Verum hinc
 non satis perspicuum est, illius corpus & sanguinem sa-
 crificari in altario. Hier. Ita habere luculentissime do-
 cui. Atq[ue] ex ipsis Apostoli uerbis, si quis illa propius
 inspicerit, idem uidere liceat. Mis. Profer locum, ubi
 hoc altaris sacrificium perspicue Paulus astruat. Hier.
 Primæ Corint. 10. cum panem sacramum ac sanguinis
 dominici poculum, immolatiq[ue] gentiliu[m] cibis confert,
 plane inter immolata corpus & sanguinem Christi
 numerat. Idem arguit quod mensam dominicam altare
 uocat, non alia certe ratione, quam gentiliu[m] & Iudeo-
 rum. Quod item decernit edentes & bibentes de mensa
 domini, ab his qui diis immolata edunt ac bibunt:
 Deniq[ue] quod docet Corinthios, non simul participes

esse posse eorum, quæ immolata fuissent dæmonijs, & quæ deo essent immolata: quod nisi panis ille & calix Christi, de quibus inibi loquitur ex immolatis essent, Paulina illa collatio non consisteret. Hinc itaque per spicuum euadit, ita Apostolum intellexisse Christi uerba, ut nos quoq; intelligimus. Miso. De uerbis Christi nihil addubito, quin uera sint. Verum prodigiosam illam tuam interpretationem non recipio. Hier. Etiam prodigiosam dicas? Misoli. Omnia maximè. Neq; enim receptum est, neq; ex probatis autoribus ostendi potest, facere id esse quod sacrificare. Quare absurdum commentum esse oportet sophistarum, quibus familiare est, ex quolibet quodlibet facere. Hie. Hoccine est furcifer, quod initio pactus es in neminem cōtumeliosum esse? Miso. Sed profer uel unum locum, in quo facere sine adiecto immolare significet. Hiero. Quid si hoc tibi recepero me facturum? Miso. Vereor ut prestatre non possis. Hieropre. Locus est apud Vergilium:

Cum faciam uitula pro frugibus, ipse uenito.

Quid hic obsecro adiunctum est, ex quo significatum statuas? Mi. Vitula. Hier. Qua tandem ratione grāmices? An facere auferendi casu iungitur? Miso. Fortè deprauatus est locus. Ego uitulam legendū censeo, accusandi casu. Hiero. O Poëtastrum. Quin is potius est sensus carminis: Cum, inquit, Dametas, rem diuinam fecero, non oue, non capra, sed uitula, siue cum sacrificauero Cereri uitulam pro frugibus &c. In eundem modum Theocritus: Quum facies agno, Nymphas ueneratus agrestes. Neque abludit quod est apud Baptistam Mantuanum de Abel primo pastore.

Nunc oue, nunc pingui uitula faciebat & agno.

Sæpius & magnq; diuos ambibat honore.

Miso.

Miso. Sed hi loci à longe petiti sunt E sacris scripturis
locum proferti cupiam. Hier. Dabitur hoc quoq; Est
locus. 3. Reg. 11. qui iuxta septuaginta æditionem sic
se habet, καὶ ἐπόμενος οὐδομῶν τῷ ἀστέρι βεβελύγματι σιδηνίων,
id est, si uerbum uerbo reddas: & fecit Solomon Astar
tæ abominationi Sidoniorū. Miso. Interpres haud scio
quis, hoc pacto uertit: & seruuit Solomon Astartæ.
Hier. Sed parum commodè. Aptius erat ac uerius si ad
idioma nostrum uertisset: & sacrificauit Solomon. M.
Nę tu quidem pulchre liberasti fidem tuam. Hier. Sunt
& alia in hāc rem exempla, à quibus abstineo ne uerba
prodegiſſe uidear. Sed tu dic sodes, quorūsum isthuc per
contatus sis. An forte uerbum facite, in uerbo Christi
sine adiuncto tibi ponitur? Miso. Ita apparet. Hier. Cę
cum te esse oportet, qui additū pronomen non uideas.
Mi. Video: Sed quid tum deniq; Hier. Putas, fruſtra
ſit additum? Certe niſi nō fungatur officio ſuo, neceſſe
est ut corpus quoq; ac poculum dominici ſanguinis in
ferat. Quid igitur à nobis peccatur, qui obſeruata con-
ſuetudine sermonis hebraici, hoc pacto uerba inter-
pretamur: Hęc facite, id est, Offerte corpus meū & ſan-
guinem, præſertim cum tropum probet ecclesiæ auto-
ritas, à qua uel ad latum (quod dicitur) culmum disce-
dere in re tanti momenti, impiuu fit. Miso. Scio non
carere periculo, ſi quis diuersum ſentiat ab ecclesia. Sed
audire percupio, ubi ad hunc modū interpretetur ipsa
uerbum Christi. Hier. In canone post oſtenſum corpus
& ſanguinem dominicum, ſolet ſub persona Christi di-
cere: Hęc quotiescumq; feceritis, in mei memoriam fa-
cietis. Ac mox uelut interpretās qd hoc uerbo Christ⁹
ſibi uoluerit: Vnde, inquit, & memores nos ſerui tui,
ſed & plebs tua eiusdem Christi filij tui domini dei no-

stri tam beatæ passionis, nec nō ab inferis resurrectio-
 nis, sed & in cœlos gloriose ascensionis, offerimus præ-
 claræ maiestati tue, de tuis donis ac datis hostiam &c.
 Vides tandem ex usu ecclesiæ, idem esse Christo facere,
 quod offerre. Mis. At ego uix inducere possum ani-
 mum, ut ita esse credam. Hier. Miseret me tui, qui tam
 præfractus sis. Si qua cœpisti pergas. Non erit, cur Da-
 nielis uaticinium τεπὶ ἡδὲ ἔχομεν, hoc est, de iugi illo
 sacrificio cōmemorem. Mis. Multa quidem, eaq; præ-
 clara de iugi sacrificio uaticinatus est Daniel. Verū q; i
 ipsius prophetiam ad missæ sacrificium torquēt, quid
 aliud sunt quām tortores? Tametsi nihil sit, quod nunc
 quidem à me reprehendi possit. Hier. Etiam Malachias
 uaticinatur, olim futurum ut legis sacrificia mūda qua-
 dam oblatione cōmutanda sint. Mis. Prædictit quidē
 antiquanda esse, ac euāida fore egena illa legis elemē-
 ta. Verum hoc controuersum est, quænam illa sit obla-
 tio noua, in locum legalium sacrificiorum subrogāda.
 Hier. Ex eo quod non pluratiuē loquitur, planè ostendit
 se non sentire de hostijs spiritualibus, quibus de Pe-
 trus loquitur: neq; item de sacrificio mystici corporis
 Christi, quo de Paulus Rōm. 12. intelligi possunt pro-
 phetæ uerba. Mis. Quid obstat, quod minus sic accipi
 possint? Hier. Ex confessis est, hæc hostiarum genera
 Malachiae tempora, adeoq; prophetiam ipsam ante-
 uertisse; neq; nouas esse eas hostias, sed longe antiquio-
 res ea, de qua ille uaticinatus est. Mis. Fac obsecro, ut
 quod audio, intelligam quoq;. Hier. Nulla siquidem lex
 est, nulla ètas, nullus hominum status, quo non necesse
 fuerit spirituales offerre hostias, & carnē subigere spi-
 ritui. Et ut semel tibi omnem scrupum eximam, quod
 prædictitur. In omni gente offerendum esse sacrificium,
 uerat

DE SACRIFI. MISSAE

205

uetat ne quis de sacrificio, quod in Caluarię loco oblatum est, intelligat. Mi. Minoris habeo interpretationes tuas, nec facile adducor ut credam. Hier. Plus satis tenax es sensus tui. Mi. Scripturas habeo, quas non dubitem pro me facere. Nec desunt item rationes, quae in diuersum urgeant. Hier. Age audiam primum rationes, dein scripturæ autoritates. Mis. Hortatur Apostolus ut Christo, qui semetipsum nostri causa obtulit, quoad fieri potest respondeamus, offerentes corpora nostra oblationem sanctam ac deo gratam. Præter hoc unum, nullum aliud externum sacrificium, quod equidem sciam, commendatum est mortalibus. Hiero. Qui negat aliud præter illud esse sacrificium, profectò nescit quid sacrificij nomine significetur. Mis. Quid? Hier. Si quid Augustino quoque creditur, omne opus quod in hoc ipsum agitur, ut deo sancta societate inhaeramus, relatum in illum finem, quo solo ueraciter beati esse possumus, sacrificium dicitur.

Atq; hac ratione Sapiens stipem, quam elargimur pauperi, uocat sacrificium. Et Paulus cum ex hebræis conversos monet, ne beneficentia & communicationis obliuiscantur, subiicit in hæc uerba: Talibus enim hostijs placatur deus. Quis etiam nescit, fidei nostræ confessionem Paulo dici sacrificium? Misoli. Nemo, quod opinor, negauerit. Sed aiunt sacrificium præstantiorum esse oportere ipso sacrificio. Quod si igitur sacerdos Christum offert in altario, consecratum fuerit illum Christo esse dignorem ac maiorem: quod falsum est ac blasphemum etiam. Hier. Christus neque sacerdos est, neque sacrificium, nisi iuxta assumptum hominem. Quod si uerum est quod tu assumis, lequitur Christum hominem scipio homine maiore esse: quod cum absurdum

absurdum sit, non consistit hæc tua collectio. Misoli.
 Non satis feliciter, ut video successit conatus. Proinde
 aliud argumentum aggredior. Hier. Ut libet. Misoli.
 Si quis Christi sacerdotium cum legali illo conferat,
 perspicuum habebit, commenticum esse quotidianum
 illud ecclesiæ sacrificium. Hier. Quia tandem ratione
 obsecro? Misoli. Dicam equidem. Apostolus confe-
 rens Christi sacerdotium cum Mosaico, ingenuè pro-
 nunciat, pro illo quidem statu opus fuisse sacerdotum
 multitudine, nobis autem non nisi uno opus esse. Hier.
 Nihil possit dici uerius. Mosaicos siquidem sacerdo-
 tes plures esse oportuit. Qvia necesse erat, ut sacerdos
 sacerdoti, qui suo defunctus esset munere, succederet.
 Christus autem immortalem uiuens uitam, sacerdos
 est in perpetuum: ut non sit opus alium succedere, cui
 (quod dicitur) lampada tradat. Sed quid hinc tibi col-
 ligis? Mis. Nullam esse noui testamenti hostiam, cui
 offerenda non unicus ille sacerdos sufficiat. Hieropre.
 Etiam nos non dicimus, nisi unum esse noui testamen-
 ti sacerdotem, qui seipsum quotidie pro nobis offert
 deo patri. Mi. Quid accidit? Quis malus genius te pri-
 uauit luminibus? Hier. Quorsum ista percontatio. M.
 An non uides turbam sacerdotum quotidie sacrifican-
 tum? Hiero. Video. Atqui non ideo labascit Paulina
 collatio. Plurimum namq; interest inter istos & uete-
 ris testamenti sacerdotes. Et confert Apostolus auto-
 rem sacrificij noui testamenti, Mosaicis sacerdotibus,
 quos autores sacrificiorum legalium dices. Mi. Quin
 dum potius autorem sacrificiorum fuisse dicimus? H.
 Haec tenus ille autor sacrificiorum dici potest, q; iussit
 offerri. Eatenus uero sacerdotes ipsi autores rectè di-
 cuntur sacrificiorum, quatenus pro se quicq; sacra fecit.
 Mi.

Mi. Quid ergo noui testamenti sacerdotes? Hier. Ministeri sunt Christi summi illius sacerdotis ac ueri pontificis. Quemadmodum enim ipse est, qui baptizat: sacerdos non est nisi alienæ liberalitatis administrator. Ita & Christus est qui consecrat, & qui semetipsum nostra causa offert: nec sacerdos hæc nisi ex persona Christi facit, id quod uel ex uerbis consecrationis uideas. Neg̃ enim dicit sacerdos: Hoc est corpus Christi. Sed hoc est corpus meum. Mi. Refert potius, quid sub cœnam Seruator dixerit, non quasi iam hoc dicat. Hier. At idē iussit discipulos facere, quod ipse tum fecerat. Dicendo autem: Hoc est corpus meum, hic est sanguis meus, fecit corpus suum & sanguinem. Ergo sacerdos uerbis illis idem efficit autore Christo. Misoli. Quod si unus Christus sufficiat offerre perpetuō, quorū tandem turba hæc sacerdotum, uelut perpetua serie sibi succendentium? Hier. Multæ ac diuersi generis hostiæ sacerdotum successionem exigebant. At Christi sacerdotis unica hostia ministrorum tātum successionem exigit. Tum enī per se sacerdos obtulit: Christus posteaquā in cœlum subiectus est nō per se, sed per ministros semetipsum offert sacrificium. Mi. Est alius apud Paulū locus, qui uehementer reclamat sententię tuæ. Hi. Audire percupio. Mi. Dicit ueteris testamenti subinde repetitas hostias, Christi autem sacrificium ita semel absolutum, ut non necesse sit ipsum identidem repeteret. Semel, inquit, mortuus est. Hier. Id argumenti cum fœrulam respiat, tanen tibi uiolaceo pileo dignum uideatur. Mi. Etiam epomide. Hier. Suffulta pellibus asini, Mi. Quid hoc dicis? Hier. Quod eiusmodi insignia, talibus philosophis haud indigna uideātur. Sic enim colligis: Christus semel mortuus est, semel resurrexit perpetuē

petuò uicturus. Non ergo quotidie offertur. Quasi ut
 rò scilicet nos Christum mactemus, quoties sacra faci-
 mus. Quod nos facimus in mysterio, certè non potest
 dici uictima. Non enim cruentum est hoc nostrum sa-
 crificium. Mi. Ergo diuersum est ab illo crucis sacri-
 ficio. Hierop. An statim alia est caro cruda, & aspa ignis?
 Mi. Eadem est, sed uarie affecta. Hier. Ergo nec aliud
 est corpus Christi incruentum & cruentum. Ac per
 hoc non aliud est sacrificium altaris & crucis, si rem i-
 psam spectes. At non est idem offerendi modus. Tum
 enim semetipsum suo cruore obtulit salutarem uicti-
 mam. Quod ipsi quoque fatemur semel factum esse,
 nec iterari posse: nimirum Christo ad immortalitatē
 excito. Verū hoc ipsum quod fecit suffixus in crucem,
 perpetuò facit in mysterio subiectus in cœlum. Pro-
 inde ratio tantum offerendi alia est, non res oblata.
 Mis. Paulus dicit, frequenter Christum oportere pa-
 ti, si repetatur sacrificium. Hiero. Atqui palam istic de
 sacrificio in cruce peracto loquitur. Quorsum enim at-
 tinet repeter sacrificium, quod omni ex parte absolu-
 tum & perfectum est, ut nihil addas: meritis tam diues,
 ut omnem nostram inopiam leuare possit: ualore tam
 præstans, ut omnem mortalium culpam omnemque
 adeo offensam nō æquet tantum, uerum etiam superer:
 Virtute tam indeficiens, ut (quod Paulus dicit) in sem-
 piternum ualeat. Quantò enim major est sacerdos &
 hostia, tanto efficacior est abolendis nocentium pec-
 catis, ac deprecanda offensa. Tu interim rideas? Misoli.
 Nimirum, quia arrident hęc mihi quoque. Hier. Ohc.
 Misolit. Quod Mosaicas hostias subinde re petebant,
 ideo Apostolo teste factum est, quod legales illae ho-
 stiae infirmæ eslen, ac prouersus inualidæ abolendis ho-
 minum

minum peccatis. Si, inquit, purgassent peccata, nonne desissem offerri? Quod si noui testamenti hostia effigacissima sit omnium abolendis peccatis, quid necesse est semel oblatam in cruce toties repetiri? Hier. Eadem cantilenam toties occinis, quasi non iam satis responsum sit, non repeti hostiam, nisi quod ad offerendi modum attinet. Mi. Iam ipsa huius hostiae in cruce oblatæ sufficientia arguit, non opis esse eandem denuò offerri remittendis peccatis. Si enim una oblatione consummavit in eternum sanctificatos, quorum uel aliam uel eandem sepius repetitam abolendis peccatis coimminiscimur? Hier. Hic mihi considera quām doctē dialecticeris. Mi. Probè admodum. Hier. An continuò sequitur, non suffecisse Christi mortem, si quis dicat baptisimum, pœnitentiam, aliaq; hoc genus destinata esse remittendis peccatis. Miso. Quis hoc, nisi uel insanus, uel malignus dixerit? Hier. Non ergo pugnat, servatoris morte abolita esse totius mundi peccata, & eadem ipsa remitti per altaris sacrificiū. Imò in hoc sacra fuit, ut iustitiam quę iam pridem per Christi mortem parta est, obtineamus. Mi. Si uero abunde factum est factis salutari illa crucis uictima, quo tandem missæ sacrificium? Hier. Molestum est eadem toties occini. Affatim satisfactum est, fateor. Verum hæc ipsa satisfactio nis uirtus in hoc altaris sacrificio, ut & in alijs ecclesiæ sacramentis sece exerit, modò malitia obstaculo non fuerit. Sed quando omnino tibi decretum est ad hunc modum argutari, uelim hic mihi respondeas. An non satis fuerat sanguis in circūcisione effusus, omnibus abolendis peccatis? An non alapa quam perpessus est? Miso. Negari non potest. Hier. Et tamen insanire eū dixeris, qui hinc colligat, superuacanā fuisse Christi passionē

ac mortem. Mi. Certè hinc eximiam dei erga nos charitatem uidere licet , qui non contentus exceperit aliam, nisi & mortem omnium etiam profrofissimā nostrī causa oppeteret. Hiero. Quin eadem opera colligis, nō opus esse ut Christus interpellat pro nobis, posteaquam morte sua semel nobis exorauit ueniam? M. In hoc profectò cœlos penetrauit, ut illic eum aduocatum habeamus. Hier. Quod si consistit, illum sua morte abunde nobis exorasse ueniam , ut tamen perpetuò interpellat pro nobis : qua tu fronte negas consistere, quod de satisfactione nobis dictum est ? Quid arrodis unguem? Mi. Meditor interim, quod respondeam. H. E pumice aquam citius expresseris, quam ex unguibus suxeris, quod respondeas. Mi. Perge igitur, & qua ratione Christus pro nobis interpellare dicitur, explicatiū dicio. Hieropre. Haec tenus interpellare pro nobis dicitur , quatenus in sacramētis à se institutis meritum suum nobis impertit, quod dei deprecetur offendam, iratumq; nobis deum, propicium reddat. Quemadmodum itaq; iugis interpellatio Christi non ei derogat, quæ in cruce facta est: Ita nihil decedit efficaciæ ac dignitati sacrificij crucis, quod semetipsum iugiter in ecclesia offerre dicitur. Imò hac oblatione sit, ut gratiam remissionis in cruce meritā assequamur. Quod si quis hic esset iniurię locus, nō minor certè iniuria fieret unicæ intercessioni mortis, si post hanc interpellare non desinat. Mi. Sed negat Paulus opus esse hostia pro peccato , ubi peccatum non sit. Atqui per hostiam crucis omnia abolita sunt. Non ergo relinquitur locus hostię auferendis peccatis. Hie. Peccata in totum remissa esse per mortē Christi, hactenus uerum est, quatenus morte ultro suscepta gratiā nobis remissionis de patre de-
meritus

meritus est. Quę tamen eis duntaxat cōtingit, qui Christi humanitatem credunt, credendo diligunt, & diligēdo imitantur. Mi. Si fide charitate exornata hoc afflēquimur, quid opus est adhibere sacrificium Hiero. Ut hic clavum (quod dicitur) clavo pellam. Quid ei qui si dem habet, fidei sacramento opus est? Mi. Sic uisum est Christo, ut credentes per lauacrum regenerationis mundentur à sordibus. Hier. Hoc probē dicis. Sed dic obsecro, idēmne censes de eucharistiæ sacramento? Misoli. Non dubitem, in hoc à Christo institutum, ut digne suientes remissionem peccatorum accipiant, siquidem ipsis remissione opus sit. Qua si nō egeant, in hoc ipsis proficit, ut uegetior sit animus: Hier. Rem acu, quod dicitur, tetigisti. Neq; his obstar, quod Paulus fidei tribuit iustificationis negotiū. De fide enim loquitur charitate exornata. Ea autem nequaq; aspernatur salutis remedia. Mi. Non satis video, quid iam redemptis & reconciliatis opus sit hostia, quae nobis deum uelut offensum nostris sceleribus, reddat propicium. Hier. Fateror ipse tecū, nos esse redemptos & reconciliatos deo. At uereor ne tu hoc parum probē intelligas. Mi. Ideo ex te sciscitor. Hier. Quid est, quamobrē bona pars hominum pereat? Si negas quenquā perire tollis gehennam: nisi hanc dicas, solis paratā cacodæmonibus. Si fateris, multos esse gehennæ filios: qua obsecro ratione pereunt, qui Christi sanguine redēpti sunt? Taces rana Seriphia, cum alioqui sis quoquis turture loquacior? M. Perge audiam. Hier. Ergo non ita sanctificati sumus, ut ab omni peccato prorsus immunes sumus. Alioqui quorsum deo dicimus: Dimitte nobis debita nostra! neq; sic in libertatem asserti, ut impunē peccare liceat deniq; non sic reconciliati, ut non contingat deū nobis

offendit denuo. Mi. Quia igitur ratione redempti, recō
 ciliati, & sanctificati dicimur? Hie. Quatenus salutaris
 illa uictima omnibus redimendis, sanctificandis, & re
 conciliandis abunde sufficit. Eoq; sensu Ioannes dixit:
 Christum propitiationem esse nō pro nostris tantum,
 uerum etiam totius mundi peccatis. Mi. Rogo te cau-
 sam, cur nō omnibus proficit Christum esse mortuum?
 Hier. Nimirum quia uidemus esse non paucos, qui ipsi
 male uiuendo malum sibi concilient. Mis. Hęc si uera
 sunt, ut sunt omnium uerissima, necesse est superesse ali
 qua, quibus peccatores dei fauorem sibi concilient. Hi.
 Papae, non tu procul à scopo abes. Sed interim non ad-
 mittis sacrificium altaris inter ea, quib; deo gratiore
 & chariores reddimur, primas ferre. Mi. Cogor equi-
 dem, pedibus in tuam ire sententiam: etiam si missę sa-
 crificium cōmentum uidetur recens natum. Hier. No-
 stræ sententiæ receptissima patrum suffragatur auto-
 ritas. Quod si pergas dicere, apostolos & illa nascentis
 ecclesię primordia ignoras, hunc ritum, doce nos ob-
 secro, quo primum autore cœperit. Mi. At ego malim
 tecum fateri ab ipso Christo institutum, quam eam mihi
 prouinciam sumere: præsertim cum hoc mihi uehe-
 menter reddideris probabile. Hie. Probabile? Mi. Imò
 nihil iam persuasius habeo. Hier. Cedes ergo mihi hu-
 ius certaminis palmam? Mis. Lubens id fecero. Hier.
 Sed recantandum tibi est. Ipse eam tulisti legē. Iustum
 proinde, ut eam patiare. Mi. Sum raucus. Hie. Saltem
 pronuncia sed clare & distincte, si non sit integrum cā-
 nere. Mi. Auersor ac planè detector hæresim, quæ ne-
 gat corpus & sanguinem Christi iugiter offerri in ec-
 clesia, pro uiuis ac uita functis. Recipis hanc palino-
 diam? Hier. Boni interim consulo. Mi. Quid isthuc di-
 cis?

Cis^e. Hiero. Quia spero, ut quod in hac diatriba tribus,
quod dicitur, uerbis ex animi (ni fallar) sententia retrahit.
Etasti, idem pro concione quoq^z facturus sis. Mis^o. Ve
reor ut mihi male cedat palinodia, facta apud promi
scuam multitudinem. Hie. Certe citra salutis iacturam
recantaueris. Mis^o. At ego uereor, ut actum sit de pelle
mea. Hier. Perfacile dabut aliquid errori ubi senserint
te consilere potius uoluiss^e, quam seducere. Mis^o. Quis
uero deus hunc illis afflet sensum^e. Hier. Iamdudū (ni
fallar) perspectam habet animi tui sinceritatem. Pro
inde non difficile fuerit illis persuadere. Quid meticulo
sus es? Fac praesenti sis animo. Ego meo periculo pro
te fidei ubeam. Mis^o. Quid mihi futurum est, si tu uer
ba dederis^e. Hier. Etiamsi uir pessimus fidei fuero, tamē
ne ita oportet prae postere meticulosum esse? Praestat
corpus perdere, quam animam. Mi. Faciam quod hor
taris. Hier. Interim fidem facis anuli tui symbolo. Mi.
En accipe. Hier. Sed heus tu Sami. Quis ostium pulsat.
Sam. Est quidam pro foribus, qui te conuentū experit.
Hier. Quin huc adest. Sam. Cupit ipse tecum colloqui
seorsum. Eubulus. Salve Hieroprep*i*. Hi. Ohe tu quoq^z
salue mi Eubule. Quid tibi uis^e? Eubu. Quid agitur in
hypocausto^e. Hier. Scripturis aliquantis per certatum est.
Imō iam decertatum. Eub. Vereor ne congressus iste
uester parum feliciter cadat. Hier. Satis amice quoad
eius fieri potuit, conflictum est haec tenus. Eub. Viden^r
multos hic aduolasse probè potos^e. Hie. Quid rei est?
Eub. Certe periculum est, ut Misoliturgum trucident.
Hier. Dij uertant. Quid causæ^e? Eub. Verentur ne (ut
est artifex) te quoq^z à ueritate abducatur, trahatur in suā
sententiam. Hier. Ha ha he. Nihil est periculi. Eub. Ve
lint superi. Hiero. Iube illos praesenti simul & pacato

1771245

214.

AMBRO. PELARG.

esse animo. Eub. Vereor ut nihil proficiam. Vides stre
pitum plane rusticum. Hier. Perfacile si uoles efficies.
Eub. Quo pacto? Hier. Nunciabis illis Misoliturgum
cecinisse palinodiam, ac breui futurum, ut pro Misoli-
turgo Mystoliturgum habeamus. Eub. Ludis? Hiero.
Luderem in re tam seria? Eubu. Quid uero tibi fiet, si
hunc illis attulero nuncium? Sunt inter illos Misoli-
turgo addicti non pauci, qui tuum petant iugulum. H.
Ergo commune quod audio periculum est. Eub. Imo
uereor ut hoc auditio nuncio, inuicem se conficiant. Hi.
Vtra pars est cordatior? Eubu. Ea (ni fallar) quae a te
stat. Hier. Ergo futurum spero, ut ab illis stet uicto-
ria, qui praestant armis ac uiribus. Eubu. Sed incertus
est euentus. Hier. Ergo mutanda nobis est ratio. Eub.
Sed quo pacto? Hiero. Omnes interim ex equo falles.
Dices anticipi inter nos Marte pugnatum esse. Hoc for-
te placabis iratos illorum animos. Eub. Atqui non erit
ex re tua, si rumor orbem peruerserit, aequo inter uos
Marte pugnatum. Hiero. Id incommodi pulchre far-
tiemus. Eub. Quo tandem pacto? Misoliturgo chiro-
grapho. Eub. Mirum artificem audio. Sed eo facturus
periculum, si forte queam istiusmodi artibus rem com-
ponere. Sed tu interim cura ut Misoliturgus abeat. H.
Sat est. Faciam. Misoli. Quid fit? Hiero. Longe secius
res agitur, quam ipse uelim. Miso. Quid ita? Hi. In po-
mario prodeambulant uiri haud pauci numero, ac lar-
giter poti. Quos male habet iste noster congressus, ac
dira minitantur ni mox abeas. Mi. Quis malus genius
illis indicauit hoc nostrum certamen? Hier. Me profe-
cto praterit. Hiero. Appetit iam uespera, satisq; suda-
tum est. Hier. Etiam (ni fallor) feliciter. Miso. Habeo
tibi gratiam, relatus etiam si quando dabitur. Hiero.
Sed

DE SACRIFI. MISSAE.

215

Sed uide, ne tibi præpostere stet pileum. Ceterum ipse
te comitabor, ut uel sic sinistram opinionem iratis illis
ac debacchâtibus excutiam. Misso. Vt lubet. Iam
uale Hieroprepî amantissime. Hieropre.
Tu quoque cura ut , cum corpore,
tum animo bene ualeas.

1552.

(*)

FINIS.

OCN 49983871

28 M^g 60

